J. M. P. ATKINSON.

1. 11. '97.

PRESENTED TO THE LIBRARY OF

PRINCETON THEOLOGICAL SEMINARY

BY THE HEIRS OF THE LATE

Professor Henry Carrington Alexander, D.D., LL.D.

SCC
3564

EDMUNDI CASTELLI

LEXICON SYRIACVM

EX EIVS LEXICO HEPTAGLOTTO

SEORSIM TYPIS DESCRIBI

CVRAVIT

ATQVE SVA ADNOTATA

ADIECIT

JOANNES DAVID MICHAELIS.

PARS PRIMA.

GOETTINGAE

SVMTIBVS JO. CHRIST. DIETERICH.

MDCCLXXXVIII.

PRAEFATIO.

Quod ſuperiore ſeculo, anno 1669, Londini prodiit, Caſtelli lexicon Syriacum, pars tum Heptaglotti, eximium mihi, ac praecipuum magni illius operis viſum fuiſſe, multos iam ante annos in praefatione Chreſtomathiae Syriacae praemiſſa teſtatus ſum: millies conſului, maximasque immenſae eruditionis incredibilisque diligentiae viro, illo vtens atque ex eo proficiens, gratias habui. Hoc quidem lexico ſyriacorum librorum lector, carere omnino non poterat, vnicumque adeo erat, quod conſulentem non facile deſtitueret, omnes vsque ad illum annum notas linguae ſyriacae opes complexum: egregium enim Schaafianum, quod in verbis, in quibus comparari poſſunt, Caſtelliano plerumque praetulerim, ſolas Noui Foederis voces explicandas ſuſcipit, quos inter anguſtos limites philolo-

giam Syriacam ſubſiſtere, publice non vtile. At latebat, ſepultum prope, in magno lexico Heptaglotto, bibliorum Polyglottorum Londinenſium adpendice, quod pauci admodum nanciſci poterant, certe non illi, qui literis ſyriacis diſcendis in academiis operam dabant: magno ſtudii linguae ſyriacae impedimento. Ex tabulis noui foederis, exiguas admodum verborum copias complexis, nemo diſcere linguam poteſt, niſi perquam egene; ad has tamen ſolas pleraque lexica pertinebant, quae emi a diſcentibus poterant. Priſci foederis verſionem ſyriacam, aut ipſos ſcriptores Syros, legere cupiens, Caſtellum conſulere neceſſe habebat, ad quem ſi non daretur aditus, vel illi, qui in academiis ſyriaca didicerant, ſine doctoris viua voce vltra ſe proficere poſſe deſperantes, totum ſtudium abiecerunt, magno eruditionis damno, eorumque, quae didicerant, ſenſim obliti ſunt. Ergo iam ante viginti annos conſilium ceperam, illud ſeorſim edendi, meis qualibuscunque adnotationibus adſperſis, adfulgebatque ſpes: ſed caſu non vno fuit irritum. Iam impenſis Dieterichi noſtri, inſignis bibliopolae, cupientis et audentis de re publica eruditorum bene mereri, prodit, et vero ipſo illo decennio, quo multa alia literarum ſyriacarum amatores nacti ſunt aut breui proditura ſperant, Philoxenianam N. T. verſionem, Pentateuchum ſeorſim editum, Hexapla ſyriaca, Abulfaragii chronicon,

Viginti

Viginti et quatuor per annos, quibus ex hereditate Patris mea fuerunt biblia Polyglotta, (antea enim exemplo bibliothecae academicae, aut alio commodato, vti neceſſe fuit) multa huic lexico, quod charta pura inſerta diſtinctum compingi feceram, adnotaui, aliqua et antea pater meus ad marginem, plerumque dubitans, ſed deliberatu digna; eos enim libros ſyriacos, ex quibus plura excerpere potui, nec ipſe habebat, nec perquam modica bibliotheca academica Halenſis, non Aſſemani bibliothecam Orientalem, non Ephraemum Syrum. Haec quidem omnia, atque alia, quae inter edendum occurrebant, adieci. Nec quidem eum laborem ſuſcepi, vt lexicon aut nouum conderem, aut Caſtellianum plane perficerem, libros ſyriacos hunc in finem perlegerem, calamumque in manu habens expilarem: ergaſtuli hoc dixerunt opus eſſe, nec conſcius mihi ſum, aliquid me, breuibus, Gyaris aut carcere dignum patraſſe: ſed quae primo mihi annotaueram, (pro more id quidem meo, quem aliqui forte reprehendent, libris meis familiaribus non pauca adſcribendi) quaeque praeterea ſuccurrebant non anxie quaerenti, addidi, iam ſupplens Caſtelliana, iam emendans, iam et ſine certo exemplo dictis auctoritatem addens, ſiue exempli, ſiue Barali, cuius lexicon noſtra bibliotheca habet. Hoc et faciebam, vbi vnicum Caſtelli exemplum rem non perficere videbatur, aliudque, maxime vbi certius, ſuppetebat.

Paucis exceptis, vbi ſilens corrigere Caſtellum auſus ſum, vt, cum in numeris capitum verſuumque manifeſta animaduertiſſem vitia typographica, aut vbi exemplorum numerum vnico non plane neceſſario auxi, mea a Caſtellianis, cancellis, id eſt, his ſignis [ ] ſeiunxi, idque plane duxi neceſſarium factu, licet aliqui ex amicis, hortatores etiam operis exteri, eiusque editionem curamque omnem extra Gottingam beneuolentiſſime ſuſcepturi, ſuaderent, atque adeo vrgerent, mea Caſtellianis infererem, atque vnum totum opus facerem. Cur ab illis diſſenſerim, expono, ipſisque rationem facti reddo, quam ab illis probatum iri prope confido. Primo non totum lexicon reformandum ſuſcipere poteram, ſeptuaginta annos natus atque ad ſepulcrum decliuis, immenſus ille labor, et quem ſemper, (condonetur deſidiae!) iuuenis etiam exhorrui: deinde praecipua laus lexici Caſtelli haec eſt, quod omnia multorum lexicographorum congeſſit, ipſe quidem non ſemper iudicans, ſed arbitrium lectori permittens, additis auctorum nominibus, ita vt nil bene aut male ab illis dicti pereat; donec aliquis aliquando, in ergaſtulo, aut Gyaris, aut caſu, perfectius et emaculatum lexicon condat. Iam ergo in hac totius lexici informatione non modo lectoris intereſt, ſcire, quid dicatur, ſed et, quis dixerit, et quo argumento, quo exemplo, qua auctoritate. Nebulas hic omnibus Caſtelli dictis offudiſſem, lucis adfundendae cupidus, ſi

mea

mea miſcuiſſem: totum adeo lexicon transfundendum nouam in formam fuiſſet, ne male mea ſine nomine eiusque indicio Caſtello cohaererent. Quis enim lectorum tulerit, in Caſtelli lexico, ſi adhuc Caſtelli eſt, citari, quae centum poſt obitum eius annis euulgata ſunt, Aſſemanni bibliothecam Orientalem, meamque ex illa ſumtam chreſtomathiam, verſionem N. T. Philoxenianam, Hexapla Origenis ſyriaca edi coepta, alia? Adde, quod et contradicendum nonnunquam Caſtello, nec tamen audacter, quod Caſtellus, vir magnus ſcripſerat, delendum.

Gratum ſe facturum ſperans lectoribus, eorumque oculos ſublevaturus, typographus cuius ſumtibus et typis hoc lexicon deſcribitur, verbis ſyriacis iungi curauit eorum interpretationem latinam, in Caſtelli Heptaglotto ab illis diuulſam, numerisque indicibus operoſe quaerendam, verba etiam quae explicantur ſyriaca in initio verſus poni, cum in Heptaglotto vna ſerie ac linea continuata conſequantur, numeris modo diſtincta, denique et verba ad easdem literas radicales pertinentia, a praecedentibus et ſequentibus, linea ducta, diſtingui. Pluſculum quidem ſpatii et chartae requirebat, ſed facilius eſt vſu et expeditius, ſperoque, gratiam me apud lectores initurum, ſi profitear, ſuaſorem fuiſſe. Pluſculum quidem argenti impendendum, ſed quibus id diſplicuerit, nummos qui malint quam

 oculos

oculos ſeruare, eorum gratia habita non delectarer, nec non habitam aegre tulerim, illis Caſtellum non edidi.

Multo perfectius proditurum lexicon erat, in biennium adhuc differre ſi potuiſſem, exque libris ſyriacis, quos nondum habemus, ſed intra illud tempus exſpectamus, locupletius. Prodire coeperunt Norbergii inſigni beneficio, cura, ſumtibus, Hexapla ſyriaca, multam lucem lexicographo praeferentia, ex Graeco enim verbo ſatis liquere ſolet, quid Syriacum pro illo poſitum ſignificet; ſed horum non niſi 56 paginis primis, X aut XI Jeremiae capita habentibus, vti potui, ab editore mihi ſpeciminis loco miſſis, quas et legi et expilaui: nunc demum, haec dum ſcribo, totum Jeremiam et Ezechielem nanciſcor. Breui prodibit Abulfaragii chronicon, Brunſii manu deſcriptum, cura, typis, et ſumtibus Kirſchii, quod nondum legere, necdum ex eo ditare lexicon potui. Sed differre in illud tempus editionem Caſtelli nolui, primo, quod opportunitate edendi, et voluntate bibliopolae typographique, Dieterichi, vtendum exiſtimarem, ne elaberetur ſemel iam elapſa occaſio, poſt centum ac nouendecim demum annos Caſtelli lexicon, et vero auctius, cupidis dandi; deinde, quod plusquam ſeptuagenario perquam incerta ſpes eſſet ad illum vsque annum viuendi, atque, ſi mors interceſſiſſet, ea quae Caſtello adnotaueram, interitura videbantur. Accedebat, quod ipſe,

qui

qui opus ſuo ſumtu imprimendum ſuſceperat, Dieterichus, rem differri nollet, ſed feſtinari, ne quid noui impedimenti intercederet; haberetque, quem non ſemper habere contingit, typothetam, qui Syriaca legere noſſet. Illorum tamen, quae ex his aliisque monumentis ſyriacis eruere intra biennium dabitur, iacturam non facient lectores: adnotabo enim et illa, et alia plura, huic lexico, cui ipſi, vel dum prelo exercetur, non pauca iam manu mea adſcripſi; haecque omnia, ſi annum ab hoc tertium 1791. viuendo attigero, vt ſupplementa lexici prodibunt, ante illum ſi ab his mortalium euocatus laboribus ac luſibus ad illum locum fuero, vbi lexicis non opus, mea manu adſcripta ab alio, vt confido, euulgabuntur. Scribam autem ita, vt euulgari poſſint.

Emendationem ſchedarum typographicarum ſuſcipere ipſe non potui, oculis iam minus vegetis, nec omnes typographi lapſus animaduerſuris: ſed huic oneri magna beneuolentia ſucceſſit collega venerabilis Thomas Christianvs Tychsen. Hortator hic maxime fuit lexici et edendi et feſtinandi, quod eo carere linguae literarumque Syriae cupidos aegre ferebat: cum inſtaret, remque vrgeret, reſpondi, ante plures annos, cum primum editionem meditarer, illam me perficere potuiſſe, iam oculos me hebeſcentes deſtituere, nec audere me operarum menda corrigere, quae infinita futura et grauia videantur in libro tot ſiphras numerorum

haben-

habente; in his lapſum eſſe facillimum, ſed errorem grauiſſimum. Id vero eo pertinuit, vt ipſe hunc in ſe moleſtum quidem laborem vltro ſuſciperet, nec meas in corrigendo partes vllas eſſe vellet. Arripui quod obtulerat, promiſi ſic editionem libri, ſuoque ipſe promiſſo ſtetit. Quod ergo correcta prodit editio lexici Caſtelliani, eorumque adeo, quae adieci, (non quidem credo ſine omnibus naeuis, id enim quis vnquam mortalium aut ſperarit, aut praeſtiterit?) Tychſenio gratiae habendae, non mihi.

Plura ſunt, quae lectorem ſcire cupio, quod illis ignoratis ne hoc quidem lexico recte vti poſſit: de Caſtelli ipſius lexico, eius conſilio, elaboratione, fontibus ex quibus hauſit, praeſtantia, naeuis, meis etiam additamentis, maxime de Barbahalul et Barali, quorum nomina qualibet pagina recurrunt. Sed his video praefationem non ſufficere, ſeruo ergo peculiari paucarum paginarum diſſertationi, eadem, qua lexicon, forma, ſed ſeorſim edendae, quam lectores, ſi lubuerit, ement, huicque lexico ſubiungent.

Secunda pars lexici, literas reliquas vsque ad finem habens, prodibit Junio menſe huius anni. Feruere opus in typographeo teſtor. Gottingae die 30 Jan. 1788.

JOANNES DAVID MICHAELIS.

INDEX

INDEX CASTELLI
COMPENDIORVM SCRIPTIONIS
QVIBVS IN SVO LEXICO VSVS EST.

Acc. Accuſatiuus caſus.
Act. Actiuum, ſ. Verbale nomen.
Adverb. Adverbium.
Ag. Agens, ſ. Participium actiuum.
Af. Affixum.
al. aliis.
An. Aeth. Animaduerſiones Aethiopicae.
An. Sam. Animaduerſiones Samaritanae, vtraeque in ſexto Bibliorum Tomo.
ap. apud.
Aq. Ph. Aquinas Lexicographus Chald.
BB. Bar Bahlul.
Bc. D. Buncle, qui perhumaniter mutuo mihi commodabat mſc. Judicum, Sam. etc.
Bd. Cl. Bedwellus.
Bx. D. Buxtorfius.
c cum.
cca. conſtruitur cum Accuſatiuo.
ccg. conſtruitur cum Genitiuo.
ccga. conſtruitur cum gemino Accuſatiuo.
cap. cum Accuſ. perſonae.
car. cum Accuſ. rei.
CL. Cohen de Lara.
Col. Collectiuum.
Comp. Comparatiuum.
Cn. Conſtructum.
conv. convenit.
DD. D. Dershovius.
DP. David de Pomis,
Def. Defectiuum.
Denom. Denominatiuum.
Der. Deriuatiuum.
Dim. Diminutiuum.
Dipt. Diptoton.
Emph. Emphatica.
etſ. et ſimilia.
ex. al. exemplar aliud.
F. Ferrarii lex. Syriacum.
f. foemininum.
fi. fine.
fo. forte. fr. forma.
Fut. A. I. O. Futurum in Fatha, Keſre, Damma.
G. D. Golius.
GF. Guido Fabricius.
Gg. Giggeius.
Gent. Gentile nomen.
Gl. Gloſſa.
H. Hebraeus.
h. e. hoc eſt.
IL. D. Iobus Ludolfus.
Imperſ. Imperſonaliter.
in. initium.
Intranſ. Intranſitiuum.
m. maſculinum.
Maſ. Maſius.
MP. Maſii peculium.
Maſd. Maſdid, ſ. Arab. Infinitiuus modus.
med. Phat. Keſr. Dam. h. e. media radicali in Praeterito, habente vocalem Fatha, Keſre, Damma.
Met. Metaphorice.
No. Nomen.
No. Vn. Nomen Vnitatis.
Opp. Opponitur.
Part. Participium.
PB. Participium Benoni.
PP. Participium Praeteritum,
Paſſ. Paſſiuum.
pec. peculiariter.
Perſ. Perſice.
Pl. Plurale.
Pl. pauc. Plurale paucitatis.
Pl. mult. Plurale multitudinis.
Plp. Plurale Pluralis.
Pl. ſan. Plurale ſanum.
Poſſ. Poſſeſſiuum.
praec. praecedens.
prop. proprie.
prox. ſeq. proxime ſequens.
pt. poteſt.
Prov. Prouerbium.
q. quia.
q d. quaſi dicas.
qſ. quaſi.
Rn. Reſpondet.
s. ſub.
ſ. ſiue.
ſc. ſcilicet.
ſeq. ſequens.
ſign. ſignificatione.
Sing. Singulare.
Superl. Superlatiuus.
T. Talmud.
TH. Talmud Hieroſolymitanum.
Tranſ. Tranſitiuum.
Transl. Translatio.
v. vide.
v. verſus.
V. Lec. Variae Lectiones, in ſexto Bibliorum Tomo.
VL. Vulgata Latina.

ܐ

ܐܝܪܘܣ ἱερός, ſanctus. *Bar Bahlul.* *

[* Statim in initio notandum, Bar Bahlul, Syrorum lexicographum, ſaepe interpretari verba eccleſiaſtica a Graecis accepta, quae Syrus aut Arabs forte non intelligeret. Non opus fuiſſet Caſtello, haec verba in ſuum quoque lexicon admittere, niſi plane eſſent ciuitate Syriaca donata: aliquoties tamen id in initio operis fecit, atque etiam ita, vt poſſit a lectore harum rerum inſcio in errorem trahi. Eiusmodi verba plane Graeca alicubi quoque imperite Bar Bahlul interpretatur. ܐ in noſtro vocabulo eſt articulus Graecus ὁ, ſcribique graece debebat ὁ ἱερός.]

ܐܘܪܝܐ Ante tempus, intempeſtiuus ἀώριος. B. B.

ܐܝܕܘܢ m. luſcinia, ἀηδών.

ܐܘܝܘܣ Deus Pater. B. B. *

[* Manifeſtum erratum Barbahlulii, aut librarii, eum male deſcribentis: eſt enim graecum ὁ ὑιος, filius. Forte triados diuinae nomina graeca in ſacris Syrorum vſurpata compoſuerat hic lexicographus, librariusque oculorum aberrratione nomen patris ponebat vbi filius nominandus erat. Peius etiam erratum in codice Goettingenſi Bar Ali, qui ex Lugdunenſi ſumtus eſt, in quo legitur: ܐܝܕܘܢ *graece pater, luſcinia.*]

ܐܝܙܘܢ Sedum; ſemperuiuum, ἀείζωον. *Huius enumerantur a* B. B. *tres ſpecies*, prima maior, ſecunda minor, et alia tertia. *Dioſc.* I, 4.

[ܐܐܪ aër, ἀήρ. 1 Cor. 9, 26. 14, 9. Epheſ. 2, 2. 1 Theſſ. 4, 17. Apoc. 9, 2. 16, 17. *Schaaf.*]

ܐܐܪܝܐ *Hoc nomine olim appellata eſt* Aegyptus. B. B. *Vide Seldenum de Diis Syr. p.* 148. *

[* Aeria, et Eeria, nomina Aegypti.]

ܐܐܪܘܢ Arum. *B. B. idem quod* لوف *Avic. II. t. II.* 377. faba Aegyptia, *de qua vide P. Alpin.* p. 101 : *ſed prae omnibus fuſiſſime Bauhin.* 2. p. 278. et T. 3. p. 766.

ܐܐܪܝܣܘܣ Inſignis haeretici nomen. B. B. *

[* Male ſcriptum videtur pro ܐܐܪܝܛܝܩܘܣ, quod non eſt nomen proprium inſignioris haeretici, ſed ipſum *αἱρετικός*. Talia ſaepe in Graecis peccat B. B.]

ܐܒ m. Auguſtus, *et eſt ordine vndecimus menſis, annum ab octobri exorſis.**

[* Vide Editoris commentationem de menſibus Hebr. §. 6.]

ܐܒܐ Fructus. Deut. 33, 13. Cant. 6, 10. [Iob. VIII, 12.] *Pl.* ܐܒܒܐ poma, Cant. 4, 13. *de mollioribus tantum fructibus dicitur, quibus nulli ſunt cortices, ὀπώρα.* ܐܒܗ B. B. idem.

ܐܒܘܒܐ tibia. 1 Cor. 14, 7. [Referendum ad radicem ܒܘܒ quam vide.]

ܐܒܓܪܐ claudus: *contracte pro* ܐܒ ܚܓܝܪܐ. *Item,* Abgarus, *regis Ruhae nomen, hiſt. Sarac. l.* 3. *c* 3. *cuius ad Chriſtum habemus epiſtolam Perſice ſcriptam: de qua vide Euſebium, hiſt. eccleſ. l.* 1. *c.* 13. *

[* Immo nomen decem Ruhae, id eſt, Edeſſae regum, quos ex Bayeri hiſtoria Osrhoëna diſces, p. 73. (vbi de nominis etymo diſputatur) 77. 91. 95. 130. 147. 158. 162. 169. inuenies. Ex his quintus, ſeu regum Edeſſae decimus quartus, ܐܘܟܡܐ ܐܒܓܪ, ad Chriſtum literas dediſſe eumque inuitaſſe fertur. Nomen ipſum ſine dubio eſt exoticum, nec ad Syriacam originem referendum: qui enim Edeſſae regnarunt, Armenii erant, non Syri.]

[ܠܫܢܐ ܕܐܒܓܪ Eupatorium. B. A.]

ܐܒܓܪܘܬܐ

ܐܒܝܓܘܬܐ claudicatio.

ܐܒܕ periit, amiſſus eſt. Jeſ. 57, 1. 1 Corinth. 10, 10. *Part.* ܐܒܝܕ Luc. 15, 17. Joh. 6, 27. *Plur.* 2 Cor. 2, 15. Matth. 9, 17. *Aff.* Matth. 8, 25. *P. P.* Iob. 30, 2. ܡܠܐ ܐܒܝܕ Infandus. *Pl.* Sap. 14, 27. *Fut.* Matth. 5, 29. 30. *Aphel.* ܐܘܒܕ perdidit, interfecit. Matth. 22, 7. Pſ. 9, 6. 7. *Part.* ܡܘܒܕ *perdens. Part. Paſſ.* ܡܘܒܕ perditus. *Inf.* Marc. 3, 4. *Fut.* Math. 10, 28. *Ettaph.* ܐܬܬܘܒܕ amiſſus, perditus eſt.

ܐܒܕܬܐ *Plural* ܐܒܕܬܐ res perdita, perditio. Lev. 6, 3. 4. Deut. 22, 3.

ܐܒܕܢܐ perditio, exitium. Matth. 26, 8. Joh. 17, 12.

ܐܒܝܕܘܬܐ idem B. B.

ܐܒܕܘܢܐ *i. q. Arab.* כהאר *Nouar. Theſ. Ar. Syr. Lat.* 207.

ܡܘܒܕܢܘܬܐ deſtructio, pernicies.

ܐܒܗ patrem fecit. *Ithpeel* ܐܬܐܒܗ * pater factus eſt. B. B. *Ethpa.* ܐܬܐܒܗ Id. *F.*

[* Potius, ܐܬܐܒܗ. Verbum non eſt primitiuum, ſed denominatiuum ab ܐܒܐ ſequente.]

ܐܒܐ *cum puncto infra.* Pater naturalis, ſeu carnalis. *Pl.* ܐܒܗܐ Matth. 23, 30. 32. ܐܒܐ *punct. ſupr.* pater ſpiritualis. Act. 7, 2. *Pl.* ܐܒܗܬܐ. * *Eſt etiam* naturalis 2 Par. 25, 28. ܐܒܐ ܕܢܗܝܪܐ pater luminum, *dicitur de deo, de ſole, et de prophetis,* ܪܝܫ ܐܒܗܬܐ Act. 2, 29. patriarcha.

[* Nullum eſt diſcrimen inter vtrumque pluralem ܐܒܗܬܐ et ܐܒܗܝܢ, vt recte deinde innuit Caſtellus. Plura ſi quis exempla cupiat promiſcui vſus, inueniet apud Schaafium. Occaſionem hoc diſcrimen confingendi dedit grammaticis Syrorum locus Hebraeor. XII, 9. ܐܒܗܝܢ ܕܒܣܪܐ]

ܐܒܗܘܬܐ paternitas ſpiritualis: * *aliquando, ſed minus accurate*, naturalis; *cum puncto infra, naturalis, ſeu carnalis tantum.*
[* Eph. III, 15.]

ܐܒܝܘܢܐ miſer, pauper.

ܐܒܘܠܘܣ obolus. Vide et ܐܒܠ

ܐܒܘܬܐ rallum, *quo vomer raditur, et inhaerente terra liberatur. It.* trulla caementarii. 1 Sam. 13, 21. Stimulus ferreus. ܐܒܘܬܐ victores, mediatores. *Novar.* 346.

ܐܒܝܘܢ v. ܒܝܘܢ

ܐܒܪܙ v. ܒܪܙ

ܐܒܒܐ gallus gallinaceus, ſuperbo gradu incedens, et bicriſtatus. Prov. 30, 31. *Aliis* aries, *et* ܐܒܠܒܐ, *inquit Bahlul: vox cuius mihi nondum reperta eſt ſignificatio, forte i. q.* ܐܒܘܠܐ camelus.

ܐܒܠ triſtatus eſt. *P. P.* ܐܒܝܠ lugens *Geneſ. 37, 35. Eſth. 6, 12. *Plur.* Marc. 16, 20. *Ethpe.* ܐܬܐܒܠ triſtatus eſt. 1 Sam. 15, 34. *Fut.* Apoc. 18, 11. *Partic.* 1 Sam. 16, 1. *Ethpaal* ܐܬܐܒܠ Geneſ. 37, 34. Luc. 6, 25.
[* Senſu eccleſiaſtico frequenter ponitur pro, *aſcetice lugente,* i.e. *valde pio:* (bußfertig, fromm). Pag. 79. chreſtomathiae, in carcerem coniecti dicuntur decem monachi ܛܒܐ ܘܐܒܝܠܐ boni et *compuncti.*]

ܐܒܠܐ, ܐܒܠܐ, ܐܒܝܠܘܬܐ luctus, triſtitia. 1 Cor. 5, 22. Jac. 4, 9.

ܐܒܠܬܐ grex, agmen, *pec.* camelorum. Jeſ. 60, 6. *It.* caterua, coetus. *Plur.* ܐܒܠܬܐ

ܐܒܘܠܐ idem. *B. B.* *Etiam* ܐܒܠܒܐ vel ܐܒܓܐ. *It.* ܐܒܘܠܐ veſtibulum, Nov. 310.

ܐܒܘܠ porta. *

[* Ephrem

[* Ephrem Syrus ad ܐܘܒܠܐ ܐܘܠܝ Dan. VII, 2. adſcribit, *hoc eſt porta aquarum, vel ſecundum alios columnae.* Vide ibi LXX et Hieron.]

ܐܒܠܘܣ Gr. ὀβελὸς, obeliſcus, nota, *quam Origines in Hexaplis ſuis appoſuit ad ea, quae LXX de ſuo addiderant in interpretandis bibliis.*

ܐܒܘܒܬܐ fiſtula. B. B.

ܐܒܢܐ lapis. 1 Petr. 2, 8. Structura parua, calce compacta, vt, cippus, columella. *Item*, gallus, *i. q.* ܐܒܢܐ, teſte B. B. ܐܒܢܐ ܕܫܥܐ horologium, (vt Chald. אבן שעות)

ܐܒܢܘܣܐ Ebenus, *arbor.* Novar. 288.

ܐܒܘܣ monachus, anachoreta. B. B.

[Abbas, vt puto, ſed nomine honoratiore per adulationem ſenſim deſcendente ad alios.]

ܐܒܣܝܪܕܝܣ φοριώδης B. B.

ܐܒܣܬܓܐ Eſt nomen libri (vel dictionarii) ܕܙܪܕܘܫܬ *nom. prop. q. d.* auri regni (*vel*, regis auri) quod in 7 linguis ordinauit et contexuit, Syriaca, Perſica, Armenica, Segaſtanica, Maruſica, (v. Eutych. p. 55.) Graeca, et Hebraica.

ܐܒܩܐ *idem quod Chald.* puluis

ܐܬܒܪ filius factus eſt. [Denominatiuum a ܒܪ rectiusque ad illud nomen, quam ad radicem ܐܒܪ referendum.]

ܐܒܪܐ ala. *Af.* Deut. 32, 11. *It.* ſtannum.

ܐܒܪܐ plumbum. Exod. 15, 10. *It.* ſcirpus, juncus B. B.

ܐܒܪܬܐ ſcirpus.

ܐܒܪܘܣܩܘܢ res pulchra, elegans, decora. B. B.

ܐܒܪܘܡܝܩܘܢܛܐ *ſecundum Bar Seruſchai* 70 diſcipuli. B. B. *Videtur corrupte Reſh poni pro Dolat, a graeco ἑβδομήκοντα.*

ܐܒܘܪܘܣ vlcus purulentum.

ܐܒܪܝܬܐ ſuccenſio.

[Referendum videtur ad rad. ܐܒܪܝܫ]

ܐܒܪܘܢܐ orator, concionator, eloquens. [Referendum ad rad. ܒܪܩ, eſtque proprie, *fulminator.*]

ܐܒܫ *vt Ch. per metatheſin a* ܒܐܫ, *vnde* ܐܬܒܐܫ diſplicuit, foetuit, ſorduit. Matth. 21, 15.

ܐܓܢܐ cupiditas, beneuolentia.

ܐܓܓܠܘܣ et ܐܓܠܘܣ angelus. B.B.

ܐܓܘܓܐܪܘܬܐ *i. q. Chald.* aquaeductus. 2 Reg. 20, 20. *Aliter in noſtris.*

ܐܓܠܠܘܟܘ et ܐܓܐܠܟܘ agallochum, *ab incolis Malaccae et Sumatrae, vbi creſcit haec arbor,* Garro dicitur: *Ar.* عود κατ' ἐξοχὴν *Avicen. II. t. II.* 528. *Ar.*

ܐܓܪܝܩܘ, ܐܓܪܝܩܘ Agaricum. B. B. *Vide Avic. II. t. II.* 80.

ܐܓܘܦܛܘܣ Aegyptus.

ܐܓܘܦܛܝܐ Aegyptius.

ܐܓܪܐ oleum. B.B.

ܐܓܪܐ *per* الانجدان laſerpitium, *vertit B.B. Vel i.q. Chald.* abſynthium.

ܐܓܗ *vide* in ܓܓܗ

ܐܓܕܐ euiratus altero teſticulo. *F.* ܐܓܝܘܛܛܘܣ ἁγιώτατος. B. B.

ܐܓܝܠܘܦܣ oculi vitium, αἰγίλωψ. ܐܓܝܠܒܘܣ, *et* ܐܓܠܒܘܣ *et*

et ܐܓܝܠܘܦܘܣ αἰγίλωψ *Avicen.* Duſſar. II. t. II, 214. *vide* دسر. *Item* Alkali fullonum. *per* ܐܫܢܐ *exponit* B. B.

ܐܓܠܝܦܣܝܣ *Pl.* ܐܓܠܝܦܣܝܣ̈ f. *eclipſis.*

ܐܓܠܐܘܦܘܛܝܣ ἀγλαοφωτὶς, ſtella terrae, *Arabibus* الطلق. B. B. [i. e. talcum lapis, a naturae curioſis Arabico nomine ſic dictus.]

ܐܓܡܬܐ ſtagnum, lacuna. *Pl. Af.* Exod. 7, 19.

ܐܓܡܘܢܘܬܐ ἡγεμονικὴ, praefectura, adminiſtratio.

ܐܓܢܐ crater, lagena, hydria. Cant. 7, 2. ܐܓܢܬܐ *f.* patina. *Plur.* ܐܓܢ̈ܐ Joh. 2, 6. 7.

ܐܓܢܘܣܦܝܛܐ Spiritus Sanctus. *B. Seruſchai apud B. B.*

ܐܓܢܘܢܬܐ et ܐܓܢܝܬܐ laguncula, hydria parua et affabre facta.

ܐܓܘܢܐ ἀγὼν, ἀγωνία, certamen, ſolicitudo. Sap. 4, 2. 1 Cor. 9, 25. Coloſſ. 2, 1.

ܐܓܘܢܣܛܐ agoniſta. *Pl.* ܐܓܘܢܣܛ̈ܐ et ܐܓܘܢܣܛ̈ܐ Pſ. 64, 1. Pſ. 117, 1. Pſ. 141, 1.

ܐܓܢܛܝܘܣ Ignatius.

ܐܓܘܪܝܘܣ Pica. B. B.

ܐܢܓܢܘܣܛܝܣ ἀναγνώστης.

ܐܓܣܛܣ coercens, cogens, angarians, B. B.

ܐܓܣܐ vir alterius ſororis. F. *

[* Idem cum ܓܝܣܐ, quod infra vide, et Rabinico גיס.]

ܐܓܦܬܐ lupina. *B.B.*

ܐܓܦܢܬܐ Helenium. v. *Avicen.* II. t. II. 650. Ar.

ܐܓܦܬܐ Eupatorium, *Arab.* غافث

ܐܓܦܘܦܘܢܐ

ܐܓܢܘܣܦܢܘܡܐ Spiritus ſanctus, *ἅγιον πνεῦμα*, ܢ *pro* ܝ.*

[* Nempe errore librariorum, Jud et Nun centies centiesque confundentium. Rectius ergo ſcribi debuiſſet ܐܓܝܘܣܦܢܘܡܐ]

ܐܓܪ mercede contraxit, conduxit. Matth. 20, 7. *Inf.* Geneſ. 30, 16. *fut.* Matth. 20, 1. ܐܘܓܪ locauit, mercede conduxit.

ܐܬܬܓܪ mercatus eſt, quaeſtum fecit, negotiatione lucratus eſt, ad lucrum vſus vel abuſus eſt. Matth. 25, 16. 17. Luc. 19, 15. *imp.* Luc. 19, 13.

ܐܓܪܐ merces, praemium. Matth. 5, 46. c. 6, 1. Heb. 10, 35. naulum Jon. 1, 3. *Af.* Gen. 15, 1. Mat. 6, 2. Rom. 4, 4.

ܐܓܪܐ tectum. Matth. 24, 17. Luc. 5, 19. * *Af.* Exod. 30, 3. *Pl.* Mat. 10, 27.

[* Vocabulum Syris frequens, ſed forte exoticum, a Perſico آجر tegula, later coctus imbrex. In ciuitatem etiam recepit Arabia.]

ܒܪ ܐܓܪܐ lunaticus, *vid.* ſpiritus, qs. ſpiritus extra tectum degens. Mat. 17, 15. ܕܒܪ̈ܝ ܐܓܪܐ * lunatici, *ad verbum*, qui extra tecta, *videl.* degunt. *V. Fulleri Miſc. ſac. l. 2. c. 17. Vel, eo quod qui extra tecta ſub lunae influentiis diu degunt, iſtius modi furore corripi ſaepe ſolent: vel ſec. B. B. quia ſunt daemones quidam, qui in tectis altisque locis manere, aliosque illuc ferre gaudent. v. Pſellum de operat. daem. p. 44.*

[* Adſcribo exemplum, Matth. 4, 24. ne ſine auctoritate ܕܒܪ cum praefixo Dolath poſitum videatur, ſuſpicenturque lectores, ܒܪ ܐܓܪܐ potius vertendum eſſe, *filius tecti*, i. e. lunaticus.

ܐܓܪܬܐ epiſtola. Act. 9, 2. 2 Cor. 7, 8. *Af.* 2 Cor. 3, 2. 3. *Pl.* 2 Cor. 3, 1. *Af.* 2 Theſſ. 3, 17.

ܐܓܪܕ̈ܝܐ Agardaei. Dan. 3, 2. *

[* Poſitum pro אדרגזריא, quod vocabulum ignotum forte totidem literis initio ſcripſit interpres Syrus, a librariis deinde truncatum.]

ܐܓܪܕܐ oleum. B.B.

ܐܓܘܪܐ qui ſtudio ſapientiae ſe applicat ܐܓܝܪܐܝܬ ſpontanee, liberrime, ſine vlla coactione. *Atque hinc Salomonis nomen* ܐܓܘܪ Agur, Pro. 30, 1. B.B. *cui* Agur *idem qui Salomon, et Iake i. q. David. It.* platea, forum, mercatus.

ܐܓܘܪܣܐ ager, rus, oppidum. Mat. 27, 8. *Af.* Mat. 27, 10. *Pl.* Num. 35, 2. Joſ. 14, 4. Zach. 2, 4. *Af.* Joſ. 15, 32. 41. *

[* Ab ἀγρος ortum. ܐܓܘܪܣܐ ܕܒܝܬ ܡܪ̈ܥܐ qui aedificatus dicitur a Nonno ad portam Edeſſae, in chronico Edeſſeno an. 769. (Chreſtom. p. 62.) videtur ſignificare hortos ſub dio, ſed porticibus cinctos, in quibus obambulari aegroti poterant.]

ܐܓܘܪܛܐ ſubdiaconus, miniſter ſacrorum, *pec.* chriſtianorum. *Graece* Ἀγύρτης. B. B.

ܐܓܝܪܐ mercenarius, Joh. 10, 12. 13. *Plur.* Mar. 1, 20. *Af.* Luc. 15, 19. *it.* catechumenus. B. B.

ܐܓܝܪܐܝܬ liberrime, ſpontanee.

ܐܓܝܪܛܘܣ Ἀγήρατος. Senii expers. B. B.

ܐܓܝܪܬܐ quaeſtus, merces. Iſa. 23, 28. Nummulus, drachma. *B. B.* 1 Sam. 2, 36.

ܐܓܝܪܘܬܐ *id. F.*

ܐܓܝܪܘܣ, ܐܓܝܪܘ f. Αἴγειρος. Populus Graeca. F. Romana vel nigra. B. B.

ܐܓܪܘܣܛܝܣ foenum. B. B.

ܬܓܪܐ diſceptatio, lis, contentio.

ܬܓܪܐ mercator, negotiator.

ܐܓܪܝܐ *et* ܐܓܪܝܣܛܝܢ braſſica. B. B.

ܬܓܪܘܬܐ merces, ſtipendium. Luc. 12, 58. Rom. 6, 23. mercatus, negotiatio. Joh. 2, 16. quaeſtus, Act. 16, 16. *Af.* Mat. 22, 5. Act. 16, 19. 1 Tim. 6, 6. *It.* negotium, opus. *v. de Dieu in* Luc. 12, 58.

ܬܓܪܬܐ *id. F.*

ܐܕܪܣܡܦܣ lupulus, conuoluulus. B. B.

ܐܕܠ *vide* ܐܕܠܐ

ܐܕܘܕܐ olla magna, ahenum. *
[* דוד Hebraeorum.]

ܐܕܝ adduxit. *Conuenit cum* אתה *et Sam.* אכדי.

ܐܕܘܢܐ fouea plena igne.
[ܐܕܘܡܢܘܢ, nomen proprium regis Cuſchaei, qui victoria a Judaeis Homeritis reportata chriſtianam religionem ſuſcepit. chreſt. p. 17.]

ܐܕܗܢܣ tenuis, mollis, tener. B. B.

ܐܕܝܐ alumen rochae. *Novar.* 134. Lepidium Perſicum. 349.
ܐܕܝܐ plauſtrum caeleſte, vrſa maior.
ܐܕܫܬܐ zingiber. *Plur.* ܐܕܫ̈ܬܐ fores, *vel* portae bipatentes.
ܐܕܘܝܐ Iuncus, ſcirpus. *It.* fibra, filamenta nerui.

ܐܕܡ homo, quisquam. Geneſ. 2, 7. 1 Reg. 17, 32.
ܐܕܡܬܐ terra, *pec.* rubra. * Gen. 2, 7.
[* Hoc, quod de colore dicitur, coniectura eſt etymologica, ex lexicis Hebraicis tralatitia, nullo vſu firmata. Ipſum nomen Syris non vſitatum, ſed modo Gen. 2, 7. pro אדמה ponitur, quod inde nomen אדם ortum putaretur.]
ܐܕܘܡ terra rubra. Edom. Idumaea. Iſa. 34, 6. *Etiam* Roma: * *aliis a.* Damaſcus. B. B.
[* Quod pro Roma ponitur, more id fit Judaeorum. Damaſcum autem vbi ſignificat, videtur per Riſch ſcribendum: Damaſcus enim Syriae metropolis ipſa nonnunquam Syria vocatur, Arabibus شام, ac forte Syris ܐܪܡ vel ܐܪܘܡ]

ܐܕܘܡܝܐ

ܐܕܘܡܝܐ Idumaei. Iſa. 34, 5.

ܐܕܡܘܣ Adamas. Amos 7, 7. 8. *al.* ܐܕܐܡܘܣ *id.*

ܐܕܐܡܘܣܝܐ Adamantinus.

ܐܕܡܘܬ [ſeu potius in ſt. emph. ܐܕܡܘܬܐ] ſimilitudo. B.B.

ܐܕܢܐ / ܐܕܢܐ *f.* auris. 1 Cor. 2, 9. c. 12, 16. *Af.* Marc. 14, 47. Joh. 18, 10. 26. 2 Tim. 4. 4. *Pl.* Mat. 11, 15. Luc. 8, 8. c. 12, 3. *Af.* Gen. 20, 8. Mat. 10, 27. c. 13, 15. 16. Luc. 1, 44. *It.* oenophorum coriaceum F.

ܐܕܢܝ et ܐܕܘܢܝ Deus. Pſ. 5, 1. 2 Par. 20, 17. *

[* Non eſt vocabulum Syriacum, ſed mutuum ſumtum ex Hebraico אֲדֹנָי, ac raro occurrens, ita fere vt nos Latine quoque aut Germanice *Adonai* diceremus, Deum Judaico nomine vocaturi, Judaeosque imitaturi. Vide chreſt. p. 30. vbi rex Judaeus dixiſſe fertur, ܒܐܕܘܢܝ ܡܘܡܐ ܐܢܐ, *iuro per Adonai*, et titulum pſalmi 110. *de morte Adonai* (ܕܐܕܘܢܝ) vbi ܐܕܘܢܝ ſine dubio Chriſtum ſignificat, quem volebat tituli auctor non אֲדֹנָי, vt eſt in textu maſorethico, ſed אֲדֹנִי verſu primo eius pſalmi dici. Vide collegium criticum in hunc pſalmum.]

ܐܕܘܡܐ eccleſia, congregatio: *Novar.* 92. 48.

ܐܕܪ et ܐܕܪܐ cumulus, cumulatio, congeries. *F.* area, fouea, foſſa. *Plur.* ܐܕܪ̈ܐ B. B. Num. 15, 20. Deut. 15, 14. Ruth. 3, 2. 3. 6.

ܐܕܪ m. Martius menſis. *

[* Dictus ab אדיר, ariete, in quem ſol Martio menſe ingreditur. Plura vide in diſſertatione noſtra de menſibus Hebraeorum § 6. num. 12. et ſupplementa ad Lex. Hebr. p. 25.]

ܐܕܪܒܘܢ * Cyclamen. Ar. ادريونه

[* Suſpicor ܐܕܪܝܘܢ ſcribendum eſſe.

ܐܕܪܘܡܝܠܝ Ὑδρόμελι.

ܐܕܪܝܐܣ imago, * idolum quoddam. B. B.
[* Graecum ἀνδριάς.]

ܐܕܪܘܣ ἱδρώς.

ܐܕܪܝܟܠ architectus. 2 Reg. 12, 12.

ܐܕܪܘܡܝܠܘܢ et ܐܕܪܘܡܠܘܢ Ὑδρόμηλον. B, B.

ܐܕܪܘܣܛܘܢ aqua roſacea; *vel forte* vinum roſatum. B. B.

ܐܕܪܟܝܣ herba, qua vtuntur fullones; ſmegma. *Affine eſt Gr.* Ἀδραχνη *ſiue* ἀδαχία.

ܐܕܪܝܦܘܣ Acripus. *lege* ܐܟܪܝܦܘܣ

ܐܕܫ diſſimulauit, conniuit. *F.* neglexit, ſocors, incurioſus fuit. B. B.

ܐܕܫܘܬܐ diſſimulatio. *F.* negligentia, incuria. B. B.

ܡܬܐܕܫܢܘܬܐ eliſo ܐ, diſſimulatio, conniuentia. *F.*

ܐܕܫܐ fructus, emolumentum. Jud. 9, 13. 2 Reg. 18, 32. Rom. 1, 13. c. 6, 21. *It.* ſpecies, *iuxta logicos.* Modus, forma. B. B.

ܐܕܫܐ *Id. Pl.* ܐܕܫܐ̈ ſpecies. *In Barcepha, Adam impoſuit nomina* ܠܟܠܗܘܢ ܐܕܫܐ̈ *omnibus ſpeciebus animalium.*

ܐܕܫܐ ܕܦܘܠܐ * ſpecies leguminis. F.
[* In Bar Ali punctatur ܐܕܫܐ vt praec.]

ܗܐ ܗܐ Apage, apageſis, belle, belle! exacte, exacte! B. B. Euge, euge! *Interiectio irridentis, * plerumque in orationibus iteratur. Fer.*
[* Eſt omnino interiectio irridentis, poni quoque ſolita pro Hebr. האח. e. g. Pſ. 40, 16. Suſpicor autem his potius vocalibus ܗܐ punctandum eſſe, vt naturalem ſonum ridentis, Germanorum haha! exprimat.]

ܐܗܕܘܢ auis (*inquit* B. *Seruſhai*) quae nunquam dormit, Aedon. *Fer.*

ܐܗܠ

ܐܗܠܠ irriſit, ad leuia deduxit. *Aph.* τοῦ הלל.

ܡܐܗܠܠ tabernaculum figens, inhabitans.

ܐܗܠܐ fornicator.*

ܐܗܠܝܒܐ adultera. B.B. * v. Ezech. 23, 4.

[* Male deſcriptum exemplum Barbahluli nactus eſt, aut non recte eum intellexit noſter, id modo dicentem, Oholam et Oholibam duo celebria fuiſſe proſtibula. Nempe nomen in bibliis Syriacis Ezech. 23. obuium ſuis interpretabatur. Vide Ephraemi comment. ad locum Ezechielis.]

ܐܗܘܢܝ crocodilus, cetus, balaena.

ܐܗܝܪܐ libidinoſus, laſciuus. *

[* Vide ܒܗܝܪ, ſic enim rectius ſcribitur.]

ܐܗܪܘܢܐ mentha. B. B.

ܐܗܪܘܢ nomen idoli. B. B.

ܐܘ Non. Matth. 11, 22–24. Luc. 10, 14. ܐܘ *idem quod* ܘܠܐ ܠܟܘܢ et non vobis. *Ita etiam interpretatur Catena Patrum, ex qua multa collegit obſeruatu digniſſima, quorum nonnulla, quae ſaltem ad hoc opus ſpectant, mihi communicauit ſumma non minus eruditione quam nobili proſapia Clariſſ. D. Loftuſius. Aliis eſt,* Quam: *et conſtr. cum* ܠܐ: *it.* Si: *vt Ar.* Sed, An num, numquid? *Eſt etiam particula* Affirmandi, *et* Intendendi: ſic, ita, etiam; omnino, penitus. *Interiectio denique* indignantis, corripientis, ſollicite curantis, (*qualis fere apud Terentium* Au. *Andr.* 4. 4. Dicturane quod rogo? Au! *et Armen.*) B.B. Aut, vel, ſiue. Cant. 2, 7.

ܐܘ O: particula vocantis. Pſ. 115, 16. *et* 117, 25. Cant. 2, 7.

[Sumta particula a Graecis, quippe qua reliquae linguae Orientales carent. Ita tamen ſenſim percrebuit in Oriente, vt vel Thren. I, 12. pro לוא aliqui veterum interpretum, demto ל, particulam exclamandi O! aut legerent, aut legendam putarent. Vide ſupplem. Lex. Hebr. p. 36.

De ſignis diacriticis haec notat Schaafius: *lineola ducitur ſuper Vau,* ܐܘ, *vt oſtendatur, hanc literam minime pronuntiari, et vt ſimul diſcernatur a particula antecedente* ܐܘ, *cui punctum, ſi accurate ſcribitur, imponitur.* Addit idem loca: Matth. 15, 28. Actor. 7, 51. 1 Tim. 6, 11. 20. Jacob. 5, 1.]

ܐܘܐ aequauit. Dignus, idoneus factus eſt. *Pael* ܐܘܝ coniunxit, concordare fecit. *Ethpa.* ܐܬܐܘܝ beneuolus, coniunctus, copulatus eſt. *Part.* Mat. 5, 25. [Chreſtom. p. 35. lin. 2.]

ܐܘܝܐ — — ܐܘܝܐ concors, vnanimis.

[ܐܘܝܐ manſio, habitatio. *plur.* ܐܘܝ̈ܐ Occurrere videtur Jo. XIV, 2. vbi vulgo legitur, ܐܘ̈ܢܐ, poſito Nun pro Jud. Vide Spicilegium geographiae Hebr. exterae T. I. p. 139. notam paginae ſubiectam.]

ܐܘܝܘܬܐ concordia, vnanimitas, conſenſus. Zach. 11, 14. 1 Maccab. 12, 10.

ܐܝܘܬܐ *idem.* 3 Macc. 3, 15. 2 Cor. 6, 16. Phil. 3, 16. 1 Petr. 3, 8.

ܡܫܐܘܝܘܬܐ conſenſus, pacificatio. *F.*

ܐܘܐ fouea. B. B. ܐܘ̈ܙܐ Pyra, Sorba, ὄυα.

ܐܘܐܘܦ quod illius eſt. Iterum, etiam, vbi.

ܐܘܐܘܦܗ Neque.

ܐܘܦܠܐ ܐܘܦ et ܐܘܦܠܐ *Non, non.* B. B.

ܐܘܒ vnde Ethpaal ܐܬܐܘܒ * concupiuit, deſiderauit. Iſa. 26, 9.

[* Melius ܐܬܐܘܒ]

ܐܘܒܝܐ, ܬܐܘܒܝܐ et ܐܘܒܪܐ vae tibi. ܐܘܒܪܐ *eſt etiam* albedo, *vel* genus piſcium. B. B.

ܐܘܟܐ arbor quaelibet glandifera, *pec.* rhus, *inquit Honain.* B. B.

ܐܘܟܒ reuelatio Dei. *

[* Eſtne ex اجاب *reſpondit,* a r. جوب?]

ܐܘܟܣܝܢ

ܐܘܪܓܝܣ populus arbor. *It.* benefaciens, εὐεργής, *per metath.* B. B.

ܐܘܕܐ titio, torris. Amos 4, 11. ܐܘܕܐ ܕܬܢܘܪܐ rutabulum, verriculum furni * *Pl.* Iſa. 7, 4.

[* Gratis ſumta rutabuli ſignificatio. Sunt potius Jeſ. 7, 4. ܐܘܕܐ [illegible] (ſic enim in Polygl. punctatur) *titiones aduſti.*]

ܐܘܕܢܐ labrum, crater, conceptaculum aquae.

ܐܘܕܘܬܐ ſententia, voluntas, placitum. *For.* Gr. αὐδή.

ܐܘܕܝܓܘܬܐ liguritio, guloſitas. B. B.

ܐܘܕܝܓܘܣ Gr. ὁδηγός. ܐܘܕܝܓܛܝܣ *vr. qs.* ὁδηγετής *vel* ποδηγετής: *quamvis per* [illegible] *vertit* B. B.

ܐܘܕܝܘܢ theatrum. [eſt haud dubie graec. ᾠδεῖον. T.]

ܐܘܕܝܡܐ Gr. οἴδημα ܐܘܕܝܠܘܢ tumor aqueus, apoſtema, *it.* doctor, docens. B. *Seruſch.*

ܐܘܕܝܢܘܣ et ܐܘܕܝܢܘܬܐ dolor, moleſtia, tormen. B. B.

ܐܘܕܪܝܣ Gr. ἀνδριάς, ſtatua. B. B.

ܐܘܕܢܐ *Gr.* ὕδνα, tuber.

ܐܘܕܪܐܡܘܣ tumor, *vel* apoſtema, cuius humor ſimilis eſt albumini oui. B. B.

ܐܘܗ heu! vae! *c.c.* [illegible] et [illegible] Jud. 11, 35. 2 Reg. 3, 10- c. 6, 15. Joel. 1, 15. *Eſt vox* opem implorantis, *it.* faſtidientis, *aut* deteſtantis. B. B.

ܐܘܦܘܢܝܐ ὀψώνια B. B.

ܐܘܛܘܡܛܘܣ temere, praepoſtere, incurioſe.

ܐܘܛܘܡܛܘܢ *Gr.* αὐτόματον.

ܐܘܛܘܣܟܕܝܘܣ *Gr.* αὐτοσχεδίως.

ܐܘܛܘܠܝܣܝܣ conceſſio ſcripto aliqua de re data.

ܐܘܛܘܡܛܝܩܐ

ܐܘܛܘܦܛܝܣ Gr. αὐτόπτης.
ܐܘܛܘܦܣܝܣ proſperitas.
ܐܘܛܘܦܣܝܐ Gr. Αὐτοψία.

ܐܘܝ et ܐܘܝ Vae. *prius ſaepe cum* ܠܟ Iſa. 55, 1.
ܐܘܟܝܬ ſcilicet, hoc eſt. Cant. 1. tit.
ܐܘܟܝܛܐ Euchetae, *de quibus vide Fuller. Miſc.* 2. c. 19.
ܐܘܟܝܐ diabolus. B. B.
ܐܘܟܠܣܐ rota.
ܐܘܟܪܬܐ cicercula.
ܐܘܟܪܣܛܝܐ oblatio, munus, euchariſtia. Act. 2, 42. c. 20, 7.

ܐܘܠܘܘܝ Agalloche. *Perſicum.* B. B.
ܐܘܠܝܘ Ouile. B. B.
ܐܘܠܡܐ *i. q.* ܕܠܡܐ forſan, an, numquid, verum, vtinam.
ܐܘܠܢܐ et ܐܘܠܘܢܐ vallis. Judith. 3, 10. *

[* Potius, Judith. 7, 3. et c. 10, 11. Eſt vox mere Graeca, poſita pro αὐλὼν, quod forte nomen proprium viſum eſt interpreti.]

ܐܘܡܐ pilentum camelinum.
ܐܘܡܘܕܪܝܣܝܣ ſynchyſis.
ܐܘܡܘܦܩܝܢܘܣ muſtum, oleum recens expreſſum. B. B.
ܐܘܡܘܡܘܢ amomum. Apoc. 18, 14.
ܐܘܡܝܕܪܝܣܝܣ Mydriaſis.
ܐܘܡܝܪܘܣ theſaurus.

ܐܘ heus, oh! interiectio inuocantis. Iſa. 38, 3. exclamantis 2 Reg. 2, 14. Matth. 17, 17. Marc. 9, 19. illudentis Marc. 15, 29. dolentis, ah! heu! Joſ. 17, 7. Jud. 6, 22. 2 Reg. 20, 3.
ܐܘ vncia.

ܐܘܢܐ * manſio. Joh. 14, 23. *pl.* Joh. 14, 2.

[* Suſpicor, ܐܘܢܐ per Jud legendum eſſe vocabulum rarius: nunquam enim ܐܘܢ Syris eſt, habitare, nec ſine magna anomalia cum Hebraico עון per Ain ſcripto conferri poteſt. Frequens autem Syrorum librariis, Jud et Nun, literas figura ſimillimas, inter ſe permutare. Sic referendum erit ad ארח Arab. أوى *hoſpitio excipere*, et, *hoſpitari.* Vide Spicilegium geogr. Hebr. T. I. p. 139–142.

ܐܘܢܩܝܬܐ receptaculum, canale. *It.* prudentia, ſagacitas, conſideratio. B. B. trabs, truncus.

[ܐܘܢܝܐ Hunni. Scribitur promiſcue per Olaph et He ܗܘܢܝܐ.]

ܐܘܢܓܠܝܘܢ euangelium ܐܘܢܓܠܝܐ euangelia. [Marc. 1, 1. Rom. 1, 1. 9.]

ܐܘܢܓܠܝܐ, ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ euangeliſta, euangelicus. *Plur.* ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ euangeliſtae. [In ſubſcriptione euangelii Johannis, et inſcriptione Apocalypſeos. Sch.]

ܐܘܢܘܟܣ eunuchus.

ܐܘܢܘܣ *Gr.* οἶνος, *cuius* 39 *genera recenſentur a B. B. et multo plura a Gorraeo.*

ܐܘܢܩܝܐ *Pl.* ܐܘܢܩܝܣ vncia: duodecim ܝܒ *Cat. Patr. D. L.*

ܐܘܢܬܐ *v. in* ܐܢܬ

ܐܘܣ ſicut, quemadmodum. *Gr.* ὡς. *it.* radix nymphaeae. *B. B.*

ܐܘܣܝܐ οὐσία, eſſentia, ſubſtantia. *Pl.* ܐܘܣܝܣ eſſentiae, ſubſtantiae, opes.

ܐܘܣܝܝܐ eſſentialis, ſubſtantialis. F.

ܐܘܣܦܪܘܢ aurum. *B. B.*

ܐܘܣܒܝܣ *Gr.* εὐσεβής.

ܐܘܣܝܪܣ aquae ſubterraneae.

ܐܘܦܘܦܝܐ Hypopios B.B.

ܐܘܦܠܘܣܣ *ſecundum Gabriel apud B. B.* laurus.

ܐܘܦܘܟܘܡܐܣ hypochyma.

ܐܘܦܘܟܘܢܕܪܝܐ et ܐܘܦܘܟܘܢܕܪܝܘܣ hypochondria.

ܐܘܦܘܡܢܝܡܛܐ *Gr.* ὑπομνήματα.

ܐܘܦܘܡܦܘܠܘܣ tutia.

ܐܘܦܘܣ crocus iam paratus.

ܐܘܦܘܣܐ hypopheſis.

ܐܘܦܘܣܘܪܕܘܢ allium ſilueſtre.

ܐܘܦܘܪܘܦܘܠܩܝܘܢ pergula, tugurium. [ὀπωροφυλάκιον]

ܐܘܦܘܬܐ vitium ſedis, *vel* fundamenti: *forte ab* עפל.

ܐܘܦܬܐܣܝܣ conſtitutio limitis.

ܐܘܦܬܝܢܐ caupones.

ܐܘܦܝܘܢ opium.

ܐܘܦܛܪܘܦܘܣ et ܐܦܛܪܘܦܘܣ ἱπποτρόφος.

ܐܘܦܝܪܐܘܢ et ܐܘܦܝܪܐܘܢ opium.

ܐܘܢܘܣ ܐܘܦܝܪܝܘܣ vinum pyrorum.

ܐܘܦܠܝ ὁπλαὶ, vngulae.

ܐܘܦܢܐ rotae, decreta. [Referendum potius ad rad. ܐܦܢ]

ܐܘܦܣܪܝܢ piſces, ſignum zodiaci. [Ex Graeco ὀψάριον.]

ܐܘܦܠܐ interanea B.B.

ܐܘܦܪܐ amphora. *F.* lutum, quo fictilia finguntur.

ܐܘܦܩܠܝܪܘܢ vinum Medicum.

ܐܘܨܗܪܝܘܣ Galla. *B. B.*

ܐܘܩܘܢܘܡܐ oeconomi, procuratores. 3 Esr. 4, 47.

ܐܘܩܘܢܝܛܘܢ proximus, aconitum. B.B.

ܐܘܩܘܪܘܢ ephippium; *Ital.* Arcione.

ܐܘܩܝܢܘܣ

ܐܘܓܝܢܘܣ *et* ܐܘܓܝܢܐ * f. anchora. Act. 27, 29. 40. Hebr. 6, 9. *it.* bolis, perpendiculum nautarum. Act. 27, 28. ferrum dentale. Humida natura. B. B.

[* Scribunt alii ܐܓܟܝܢܐ et ܐܓܟܝܢܘܣ per Rebotzo. Eſtne a رزن *firmus fuit?*]

ܐܘܩܝܐܢܘܣ mare tranquillum. *

[* *Oceanus.* Bar Ali explicat: *mare quod circumdat mundum, mare quietum quod nec nauigatur nec ventis mouetur, quale eſt id quod terram circumdat.* Nec tamen ſemper ita fabuloſe accipitur. Vid. chreſt. p. 17. vbi Arabiae pars *exporrecta* dicitur *ad mare magnum, quod circumdat orbem habitabilem, vocatusque* ܐܘܩܝܢܘܣ. Mallem punctari ܐܘܩܝܢܘܣ]

ܐܘܩܣܘܣܩܝܢܘܣ Oxyſchoenus.

ܐܘܩܝܬܐ reticulum, indumentum muliebre.

ܐܘܩܡܬܐ ܕܐܕܢܐ ſordes aurium, marmoratum, cerumen.

ܐܐܪ c. Aër. Pſ. 18, 12. 1 Cor. 9, 26. *Pl.* ܐܐܪ̈ܘܣ *vel* ܐܐܪܘܣ

ܐܐܪܝܐ aerius.

ܐܘܪ lumen Patrum. *B. B.*

ܐܘܪܐ alapa. *it. Nomen loci.* ܐܘܪ ܕܟܣܕܝܐ *At in noſtris bibliis* ܐܘܪ Geneſ. 15, 7. *h. e.* Cuthi rabba. *Eius ſignificatio eſt,* ardet ignis. *Al. ciuitas ſacerdotum, (teſte Honain) quae* كوثى *et* كوثي *dicta.**

[* Loqui videtur Caſtellus, ſeu is ex quo haec excerpſit, de كوثي quae vrbs vicina eſt vrbi Naharmale. Vide Abulfedam n. 286. Verba eius excerpſi in ſuppl. p. 1256.]

ܐܘܪܒܐ et ܐܘܪܒܘܣ orobus.

ܐܘܪܩܐ nigro *ſiue* rufo et albo colore miſtus. *Pl.* ܐܘܪ̈ܩܐ it. Berylli, margarita, bdellia. ܐܘܪܩܘܬܐ praecedentium colorum mixtura.

 [* Suſpi-

[* Suſpicor, ad rad. ܐܪܓ potius referendum eſſe, quae eſt Hebraeis, *texere*. A textura dicta et variorum colorum mixtura, et forte gemma. Cuius autem gemmae nomen ſit, id Caſtello credi non fas eſt, cum plurium gemmarum nomina ponens ipſe prodat, nihil certi ſibi compertum fuiſſe. In Bar Ali haec modo reperio: البلق والشهب *ex albo et nigro mixtum, et bicolor.* Forte gemmae nomen in Bar Bahlul reperit, ſed cum Bar Ali eo careat, ſuppetias ferre nequeo. Plura nomina ſi poſuerit Bar Bahlul, ipſe coniicere potius quam ſcire videbitur. Suſpicor, alicubi ab aliquo pro ברלח Hebraico poſitum fuiſſe, cumque ignoraretur vocabuli Syriaci ſignificatio, eas voci ſignificationes a lexicographis attributas eſſe, quae Hebraico ברלח dari ſolent. Hoc ſi me non fallit, ſique eſt interpretatio Hebraici ברלח, forte erit onyx, a ſtria quae gemmam mediam tranſit nomen *bicoloris* ſortita.]

ܐܘܪܝܓܢܘܢ *et* ܐܪܝܓܢܘܢ Organum. Origanum, mentaſtrum, catamintha montana: *Al.* hyſſopus. *Scributur etiam* ܐܘܪܝܓܐܢܘܣ.

ܐܘܪܓܢܘܢ ܢܦܫܬܐ inſtrumentum halitus.

ܐܘܪܕܝ menſurae genus. *Arab.* المودي

ܐܘܪܕܝܬܐ *et* ܐܘܪܕܝܢܐ *vide in* ܐܪܕ

ܐܘܪܕܝܢܐ ſartor.

ܐܘܪܕܐܟܡܣܘܢ collyria.

ܐܘܪܢܝܣ volucris. [*Gr.* ὄρνις.]

ܐܘܪܗܝ Ruha. * *v.* ܪܗܐ

[* I. e. Edeſſa. Punctatur ܐܘܪܗܝ. Detruncatum nomen ex Graeco Calirrhoe: huiusque truncati nominis deriuata ſunt, *Orrhoenus* et *Osroenus*, itemque totius regionis nomina, *Orrhoene* et *Osroëne.* Aſſ. B. Or. Tom. I. p. 470. Male alii nomen hoc ad אור כשדים retulerunt. Vide noſtrum geogr. Hebr. ſpicilegium T. I. pag. 221. 224. 225. In chronico Edeſſeno Edeſſa ſemper ܐܘܪܗܝ vocatur.

ܐܘܪܘܩ viriditas parietaria.

ܐܘܪܙܐ Oryza.

ܐܘܪܓܘܪܐ Pedilis.

ܐܘܪܛܘܓܘܡܝܛܪ coturnix. [Ὀρτυγομήτρα]

[ܐܘܪܓܝܐ Iberi. *Aſſeman. Bibl. Or.* T. I. p. 275. not. 2.]

ܐܘܪܝܐ Urias. Tempus prae tempore Praeſepe. *Pl.* ܐܘܪܘܬܐ *et* ܐܘܪܘܪܬܐ

ܐܘܪܝܐܣܛܠܐ deuictus ab aduerſario.

ܐܘܪܝܩܠܘܣ *et* ܐܘܪܝܬܘܣ Bonus, excellens.

ܐܘܪܝܙܘܢ horizon.

ܐܘܪܘܓܘܣ *Euro-aquilo.* *

[* Suſpicor, ܐܘܪܢܓܘܣ ſcribendum, vertendumque Euronotus. Non Caſtellus peccauit, ſed qui ei praeiuit lexicographus Syrus, Graeca interpretari adgreſſus, quae non ſatis intelligebat. Pro Εὐροκλύδων Act. XXVII, 14. codex Alex. et Vulg. habent, εὐρακύλων: idne alii in Εὐρονότος mutarunt, quod praecedere videbant, ὑποπνεύσαντος δὲ Νότου, receperuntque in verſionem Syriacam aliqui codices?]

ܐܘܪܢܝܘܣ ſuperioris poli altitudo. *Novar.* 318. *Arab.* افاق الفلك

ܐܘܪܦܐ pulcritudo. *Al.* Pulcher oculi nictus. *i. q. Copticum* ουριχι.

ܐܘܪܣܘܩܠܐ plexus, nexus capillus. Mons altus.

ܐܘܪܢܣܝܢܘ genus propinquum.

ܐܘܪܣ aqua purgata ſanguine.

ܐܘܪܙ ſponſus et ſponſa.

ܐܘܪܪܐ circumſpectus, cautus. *Pl.* ܐܘܪܪܝܢ. ܐܘܪܘܠܬܐ *vide* ܙܗܝܪ

ܐܘܪܘܩܠܝܕܘܢ Euroclydon. Act. 27, 7.

ܐܘܪܫܠܡ Hieruſalem. ܐܘܪܫܠܡܝܐ Hieroſolymitanus.

ܐܘܫܢܐ *v. in* ܫܢܐ

ܐܘܦܣ *v.* ܘܦܣ

ܐܘܫܟܦܐ calceolarius, ocrearius, *vel eiusmodi alius* artifex: *i. q. Chald.* אשפור *Heb.* ארמן.

ܐܘܬܐܕܝܣ *i. q.* ܡܥܣܩܐ et ܩܫܝܐ *Gr.* αὐθάδης.

ܐܘܬܐܘܢ primus. *B. B.*

ܐܘܬܡܢܐ tenebrae, profunda caligo. *

[* Suſpicor, ad ܬܡܢ referendum eſſe. Sumſit Caſtellus vocabulum eiusque interpretationem ex Bar Bahlul, non etymologice verba diſponente. Forte hinc illuſtrari poterit obſcurum vocabulum Hebr. אשמנים Jeſ. 59, 10.

ܐܘܬܢܛܝܐ *et* ܐܘܬܢܛܝܘܬܐ *i. q. Chald.* αὐθεντία, auctoritas, dominatio, poteſtas in alium.

ܐܘܪܬܘܛܘܬܐ rectitudo. *B. B.*

ܐܘܪܬܪܝܛܝܣ *Gr.* ἀρθρῖτις.

ܐܙܒܐ pilus pubis. *B. B.*

ܐܙܒܐ *i. q. Ar.* ازب pumilio.

ܐܙܒܪܒܐ bubalus admiſſarius: admiſſarius retrocedens, recalcitrans. ܐܙܒܪܒܐ *F.* ܐܙܒܪܒܐ *B. B.* taurus maior, bubalus. *B. B.*

ܐܙܓܐ *i. q. Ar.* * *it.* monile, torques. *i. q. Syr.* ܟܠܝܠܐ

[* i. e. aedificii genus oblongum et fornicatum, porticus inſtar.]

ܐܙܓܘܡܐ annulus ianuae, manus extera. [ζύγωμα]

ܐܙܓܘܪܘܢ fullonum herba. *Ar.* اشنان

ܐܝܙܓܕܐ * legatus, nuntius. Eph. 6, 20. *Pl.* Geneſ. 32, 3. 6. *et* 49, 21. Num. 21, 21. *et* 22, 15. Luc. 14, 32. *et* 19, 14. ܐܝܙܓܕܐ *idem.*

[* Soli habent Syri et Chaldaei: ignorant reliquae linguae ſororiae.]

ܐܝܙܓܕܘܬܐ

ܫܠܝܚܘܬܐ legatio, apoſtolatus.

ܐܙܐ *et* ܦܘܠܚܐܙܐ acies, vis, robur, libertas animi.

ܐܙܕܪܟܬ *i. q. Ar.* آزادرخت *Azadiracht. Perſice ſonat*, libera arbor: fructum ea ramoſum fert, meſpilis aconiis haud diſſimilem colore et forma, noxium vero et exitialem. *Venetiis et Patavii in monaſteriis mulieres appellant*, arbor dali Pater noſtri, *quia ex oſſibus albis fructus eius fiunt globuli precarii.*

ܐܗܘܙ *i. e. q. Ar.* اهوز *B. B.* *

[* i. e. *locus depreſſior, palus.* Suſpicor, aliquid hic erroris ſubeſſe, nec dubitare deſinam, donec exemplum adferatur.]

ܐܙܡܝܪ *i. q. Ar.* زمبط *B. B.*

ܐܙܠ abiit, profectus eſt. Pro fuit. Matt. 9, 9. Luc. 5, 25. Joh. 9, 11. *et* 18, 6. *Part.* ܐܙܠ abiens. Matt. 2, 9. et 26, 58. *it.* commodus, vtilis. Num. 32, 1. 4. Matt. 5, 13. ܐܙܠ ܠܗ prodeſt ei. Prov. 17, 16. Cant. 7, 9. Ezech. 15, 4. 5. diffluens 1 Sam. 14, 19. *Pl.* Gen. 27, 45. 1 Tim. 5, 24. *Afel* Act. 16, 16. *Inf.* Joh. 6, 67. Act. 20, 3. *Imp.* ܙܠ abi. Act. 9, 15. 28, 26. ܠܟ ܙܠ abi. Gen. 12, 1. Matth. 16, 23. *Fut.* Marc. 5, 17. Luc. 11, 5. *et* 13, 33. Act. 17, 15. *Obſeruat Ferrarius, hoc vocabulum, cum ſignificat, ire, Lomad in pronuntiatione occultare, at ſecus, cum denotat*, prodeſſe.

ܐܙܠܐ ambulans.

ܐܙܠܐ profectus, abitio.

ܐܙܠܢܘܬܐ *idem. B. B.*

ܐܙܠܐ rete. *

[* Pro ܥܙܠܐ ab ܥܙܠ *neuit.* Apud Syros Olaph et Ee nonnunquam permutantur. Vide grammat. p. 69. Chaldaeis quoque אזל eſt, texere. Vide Buxtorf. lex. Chald.]

ܐܙܠܢܘܬܐ

ܡܐܙܠܬܐ profectio. ܡܐܙܠܬܐ ܕܨܠܘܬܐ peregrinatio pia. ܡܐܙܠܬܐ ܠܩܪܒܬܐ profectio in bellum. F.

ܡܘܙܠܬܐ rota, ſphaera, circulus. ܐܙܘܪܓ Color. *i. q. Ar.* الوان

ܐܙܝܦܘܣ Horizon. *Off. Mar.* 108.

[* ܐܙܪ Huc referendum nomen ܡܐܙܪ *cingulum craſſius ac vile,* Jeſ. III, 24. Caſtellus poſuit ſub ܐܙܪ]

ܐܘܣܪܗܝܢܐ regio Ruhanenſis, Batnan, Charan, et loca ei adiacentia. B. B. [Osrhöene.]

ܐܚܐ v. in אחה.

ܐܚܘܒ patruus, patruelis, *ex* ܐܚܐ et ܐܒ frater patris.

ܐܚܕ cepit, tenuit, detinuit, retinuit, contraxit, apprehendit. Matth. 26, 50. 57. Mar. 7, 3. 8. Luc. 4. 36 *et* 7, 16. Act. 7, 58. clauſit, occluſit Gen. 19, 6. 10. Pſ. 69, 16. occupauit 1 Macc. 6, 63. continuit, cohibuit, Jac. 1, 26. poſſedit, dominatus eſt, 1 Sam. 9, 17. Pſ. 72, 8. accenſus, incenſus eſt, Pſ. 39, 4. * propoſuit *aenigma*, Jud. 14, 12. ediſſeruit *aenigma* Dan. 5, 12. faſcinauit 2 Paral. 33, 6. ** *Part.* Marc. 2, 2. Luc. 14, 9. Jac. 1, 26. *P. P.* Sap. 14, 19. Luc. 3, 17. Act. 3, 11. Cant. 3, 8. ܐܚܝܕ ܟܠ † omnia continens, omnia poſſidens, omnipotens, 2 Cor. 6, 18. Hebr. 1, 3 et 2, 14. *Pl.* Luc. 8, 15. Joh. 20, 19. 23. 26. Act. 9, 8. *Aff.* Rom. 3, 9. 2 Cor. 4, 1 *et* 6, 10. *Inf.* Luc. 11, 54. Joh. 7, 30. *Imp.* Ezech. 17, 2. Matth. 6, 6. *et* 26, 48. *Pl.* Pſ. 2, 11. Marc. 14, 44. *Fut.* Deut. 15, 7. 1 Sam. 9, 17. *c. c.* ܒ dominabitur. Luc. 13, 25. Joh. 20, 23. 2 Theſſ. 3, 15. *abſque* ܐ Levit. 25, 35. *Ethpe* ܐܬܐܚܕ clauſus, obſeratus, apprehenſus, deceptus eſt, Matth. 25, 10. Luc. 4, 25. Act. 2, 24. *Part.* Prov, 10, 8. ܡܬܐܚܕܢܐ clauſus, incluſus. *Fut.* Prov. 11, 6. *Pael* ܐܚܕ hallucinari fecit. *Ethpa.* i. q. Ethpeel, Neh. 7, 3. c. 13, 19. *Aphel* ܐܘܚܕ accendit, †† locauit, tradidit

tradidit ſe alteri, applicuit. Gen. 2, 21. Matth. 21, 33. 41. Luc. 20, 9. et 22, 55. Act. 28, 2. *Part.* Deut. 18, 10. *Ethaph.* ܐܬܐܚܝܕ clauſus, accenſus, prehenſus, retentus, traditus eſt. *F.*

[* Nonnihil hic erroris. ܐܚܕ per ſe poſitum non eſt, accendi, ſed conſtructum nomine *ignis*, aut accendere aut accendi, (nam et hoc in incertis,) ſignificat. ܒܦܓܪܝ ܐܚܕܬ ܢܘܪܐ eſt, *corpus meum prehendit* i. e. *inflammauit ignis*, aut, ſi aliis punctis legas, ܐܚܕܬ *in corpore meo concepi ignem.*]

[** Non ܐܚܕ per ſe eſt faſcinare, ſed cum ܥܝܢܐ conſtructum. Pro Hebraico עונן Syrus poſuit ܐܚܝܕ ܥܝܢܐ ſiue, *defixit oculos*, ſiue, vt Arabs vertit, *cepit oculis*, أخذ بالعيون. Niſi fallor, עונן retulit ad rad. עָנַן *obliquis oculis obſeruare*, 1 Sam. 18, 9. putavitque de faſcino, quem oculo maligno tribuere ſolent orientales, ſermonem eſſe. Sic tamen, ſecus quam factum eſt in polyglottis, ſingulariter ܥܝܢܐ punctandum erit: nec enim *oculos*, ſed *oculum malignum*, inuidiam et faſcinum vocare Orientales ſolent.]

[† De his non ſatis dilucide dictis ſic habe:

Part. Peil ܐܚܝܕ duplicem vim habet, paſſiuam, *clauſus*, *detentus*, Joh. 20, 19. 26. Luc 24, 16. et actiuam, *tenens*, *habens*, *claudens* etc. Exempla petes a Schafio. Hinc

ܐܚܝܕ ܟܠ et ܟܠ ܐܚܝܕ, proprie, *tenens* vel *habens omnia*, eſt Graecum παντοκράτωρ, pro quo in N.T. poni ſolet. Παντοκράτωρ autem non verti debebat, omnipotens, ſed potius, *omnium rerum dominus, vniuerſi monarcha*, vt κοσμοκράτωρ eſt mundi dominus. In vetere teſtamento non ſolet ܟܠ ܐܚܝܕ occurrere vbi LXX habent παντοκράτωρ, quia Syriaca verſio non facta eſt ex Graeca, ſed ex Hebraico: vbi ergo LXX pro Hebraico צבאות poſuerunt παντοκράτωρ, Syrus interpres, non eos ſequutus, ܚܝܠܬܢܐ habet.]

[†† Non ܐܘܚܕ ſimpliciter poſitum, ſed conſtructum cum ܢܘܪܐ, eſt, *accendit ignem:* Luc. 22, 55. Act. 28, 2. —— Suſpicabar olim

ܐܘܚܕܝܢ legendum; ſed ſuſpicari deſii, in Philoxeniana etiam verſione Luc. 22, 55. inueniens ܐܘܚܕܘ ܢܘܪܐ.]

ܐܘܚܕܢ / ܐܘܚܕܢܐ imperium, poteſtas, poſſeſſio. * Num. 27, 7. Iſa. 9, 1. *et* 11, 15. Dan. 8, 23. 25. 1 Petr. 5, 11. *Aff.* Luc. 2, 1. Pſ. 2, 8. [* Pſ. 47, 10. videtur aut, *potentem*, aut *poſſeſſorem* ſignificare. Ponitur pro Hebraico מגני, quod LXX κραταιοὶ reddiderant: Arabs autem Maronita Syriacum vocabulum *reges* vertit, vt ܐܘܚܕܢܘܗ̈ܝ ܕܐܪܥܐ intellexiſſe videatur, *poſſeſſores dominosque terrae.*]

ܐܘܚܕܬܐ aenigma, problema. Jud. 14, 12. Ezech. 17, 2. *Pl.* Dan. 5, 12. Habac. 2, 6. *Aff.* Prov. 1, 6.

ܐܚܝܐ fera. *ſubſt.*

ܐܚܕܐ ianua, oſtium, fores repagulum. *Pl.* *Aff.* Prov. 18, 19.

ܐܚܘܕܐ apprehendens, comprehendens.

ܐܚܘܕܘܬܐ / ܐܘܚܕܢܘܬܐ *et* ܐܚܝܕܘܬܐ apprehenſio, comprehenſio, incluſio. ܓܘܣܐ ܐܚܘܕܘܬܐ perfuguim, refugium. *Fl.*

ܡܐܚܕܢܐ *idem.* ܐܝܕܐ ܡܐܚܕ et ܥܝܢܐ ܡܐܚܕ apprehenſio manus, ܡܐܚܕ ܚܙܝܐ obtutus oculorum. ܓܘܣܐ ܡܐܚܕܢ perfugium.

ܡܐܘܚܕܬܐ vncinus, fibula. *Pl.* Exod. 28, 13.

[Singularis punctandus potius ܡܐܘܚܕܬܐ. Pluralis ſcribitur ܡܐܚܕܢܝܬܐ]

ܬܘܚܕܢܐ flamma. *F.*

ܡܚܝܕܐ vnitus, coniunctus. ܡܚܝܕܘܬܐ vnitio, coniunctio, comparatio.

ܚܕܐ vnus, *v. in* חד.

ܐܚܕ ܫܘܠܛܢܐ dominii atque poteſtatis promotor, qui vnit et dilatat imperium. *B. B.*

ܐܚܐ frater. Eph. 6, 21. Jac. 1, 9. *Aff.* Matth. 12, 50. Rom. 14, 10. 13. 21. Joh. 11, 19. 23. *Pl.* Luc. 18, 29. Act. 12, 12. *Aff.* Matth. 25, 40. Act. 23, 1. 6. Jac. 1, 16. 19. Heb. 2, 11.

ܐܚܬܐ

ܚܬܐ ſoror. Luc. 10, 39. *Aff.* Act. 23, 16. *Pl.* ܐܚܘܬܐ Matth. 13, 56. Marc. 10, 29. 30. 1 Tim. 5, 2. ܕܐܒܐ ܚܬܐ amita. Levit. 20, 19. ܕܐܡܐ ܚܬܐ matertera. *ibid.*

ܐܚܘܢܐ fraterculus. ܐܚܘܢܘܢܐ ܐܚܘܣܘܢܐ fraterculus paruulus.

ܐܚܘܬܐ fraternitas. ܐܚܘܬܐ ܕܚܘܒܐ φιλαδελφία. 2 Pet. 1, 7.

ܐܚܝܢܐ cognatus, conſanguineus, patruelis. Joh. 18, 26. Rom. 16, 11. *Fem.* ܐܚܝܢܬܐ *Aff.* Luc. 1, 36. *Pl. Aff.* Marc. 3, 21. Luc. 14, 12. c. 21, 16. Rom. 16, 7. 21.

ܐܚܝܢܘܬܐ cognatio, conſanguinitas. ܐܚܝܢܘܬ ܣܘܟܠܐ *id.* Sapient. 8, 17. ܐܚܝܢܘܬ ܕܡܠܬܐ affinitas, ſimilitudo ſermonis. *B. B.*

ܐܚܝܐ conſiliarius. *B. B.* *

[* Error eſſe videtur librarii. In exemplo Bar Ali, quod bibliotheca academica habet, nomen ܐܚܝܐ non reperio, ſed eius loco verbum ܐܚܙܐ (videbo) quod explicatur per Arabica, انظر وارا واشاهد]

ܐܬܚܝܝ viuificatus eſt. [Refer. ad ܚܝܐ]

ܐܚܠܐ / ܐܘܚܠܐ herba, quae detergendae cuti teritur in puluerem, alkali. *Forte a* ܚܠܠ terſit. Suſan. 17.

ܐܚܠ licitum fecit. *v.* ܚܠܠ

ܐܚ euge. *vid.* ܐܚܐ

ܐܚܝܢܐ *etc. v.* ܐܚܐ

ܐܚܪ *Aphel* ܐܘܚܪ diſtulit, cunctatus eſt, commoratus eſt. Gen. 32, 4. Matth. 25, 25. *Part.* Matth. 24, 48. Luc. 12, 45. 1 Tim, 3, 15. *Fut.* Heb. 10, 37.

ܐܚܪܝܢ / ܐܚܪܢܐ alius. *Prima* litera ܐ non pronuntiatur, ideoque linea ſubducitur: Joh. 12, 35. et 13, 33. Matth. 13, 24. 33. Luc.

Luc. 13, 13. Act. 4, 12 et 12, 17. Rom. 13, 9. *it.* adhuc, Joh. 13, 33. *Fem.* ܐܚܪܬܐ ܐܚܪܢܝܬܐ alia. Matth. 2, 12 et 10, 23. Jac. 2, 15. *Pl.* ܐܚܪܢܝܢ, ܐܚܪܢܐ alii. Geneſ. 8, 10. Matth. 4, 21. Act. 26, 17. *Fem.* ܐܚܪܢܝܢ, ܐܚܪܢܝܬܐ aliae. Geneſ. 41, 3. Matth. 11, 45. Luc. 3, 18.

ܐܚܪܝܐ poſtremus, vltimus, nouiſſimus. Matth. 5, 27. vide *L. de Dieu* in locum. Joh. 6, 39. 44. 54. Act. 27, 41. *Fem.* ܐܚܪܝܬܐ extrema, extremitas, poſterior. Matth. 27, 64. Luc, 14, 9. *Aff.* 1 Reg. 7, 25. *Pl.* Matth. 19, 30. 1 Cor. 4, 9.

ܐܚܪܝܢܐ id. *Fem.* ܐܚܪܝܢܝܬܐ ܐܚܪܝܢܐܝܬ tandem, poſtremo. *F.*

ܐܚܪܢܐܝܬ contra, e contrario, vltimo, poſtremo, tandem. Gal. 2, 7. ſecus, 1 Tim. 5, 25.

ܐܚܪܝܬ poſtea, poſtremo, tandem. Gal. 2, 7. Marc. 16, 14.

ܐܚܪܝܬܐ finis. Matth. 26, 58. Luc. 21, 9. ܒܚܪܬܐ *tandem, poſtremo.* Gen. 32, 2. Luc. 20, 32. ܠܚܪܬܐ id. Luc. 4, 2. Hebr. 3, 6. *it.* felix exitus. Jerem. 11, 23. *Aff.* Num. 23, 10. 13. Joſ. 15, 1. 1 Paral. 36, 10. Luc. 11, 26. 2 Cor. 11, 15.

ܬܘܚܪܬܐ mora, cunctatio, poenitentia. *Aff.* Luc. 1, 21.
Puluinaris tamen, aut ceruicalis notio aliis ex locis certa. Ephraemus T. I. p. 81 dicit: *Iacobum lapides ſuo capiti ſuppoſuiſſe* ܚܠܦ ܒܣܕܘܬܐ *loco puluinarium, quae ei domi matris ſuae ſupponebantur.* Aſſemann. Tom. I. p. 186 in nota, ex actis Syriacis haec excerpit: ܣܡܗ ܠܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܒܬܪܡܠܗ ܥܠ ܒܣܕܐ *poſuit euangelii librum, quem in pera habebat, ſuper puluinar* – – Marc. 4, 38 non vetus modo Syriaca, ſed et Philoxeniana, vt notum habet, pro Graeco *προςκεφάλαιον*.]

ܒܣܡ exultauit, ſuauis, hilaris fuit. *Inf.* Luc. 15, 32. *Pah.* ܒܣܡ ſuauem fecit, delectauit. *Part.* Prov. 15, 30. *Inf.* Eccl. 2, 3. *Imp.*

Iſa.

Iſa. 38, 14. *It.* vnxit. Marc. 14, 8. *Ethpa.* ܐܬܒܣܡ laetatus fuit, in deliciis vixit, ſuauitate perfuſus eſt. Sap. 7, 12. Luc. 15, 29. Rom. 15, 24. *Part.* Judith 1, 12. Luc. 16, 19. *Pl.* Act. 7, 41. *Inf.* Iſa. 61, 10. Luc. 15, 24. *Imp.* Luc. 12, 19. Gal. 4, 27. *Fut.* Sap. 2, 6. Luc. 15, 23. Heb. 11, 25. *Aph.* ܐܒܣܡ oluit bene, odorem ſuauem ſpirauit, aromatizauit. Eccl. 24, 16.

ܒܣܝܡܐ, ܒܣܝܡ ſuauis, mitis, iucundus, benignus. Prov. 14, 23. Mat. 11, 30. 1 Cor. 13, 4. *Pl.* 2 Sam. 1, 23. Prov. 15, 15. 1 Cor. 15, 33. Epheſ. 4, 32. *Foem.* ܒܣܝܡܬܐ Epheſ. 5, 2. *Plur.* ܒܣܝܡܬܐ Rom. 16, 18. Prov. 15, 26.

ܒܣܡܐ aroma, vnguentum. Mat. 26, 12. Luc. 7, 37. *Plur.* ܒܣܡܐ Cant. 6, 1. Luc. 1, 10. 11 *et* ܒܣܡܢܐ *Af.* Cant. 1, 2. c. 4, 14. 16. c. 5, 1. Sap. 2, 7. *et* ܒܣܡܢܝܐ *Arm. et Poc.* 2 Macc. 2, 30.

ܒܣܡܐ aromatarius, qui aromata vendit. ܒܝܬ ܒܣܡܐ thuribulum.

ܒܣܝܡܘܬܐ ſuauitas, laetitia, benignitas. Act. 14, 17. Gal. 5, 22. *Af.* Cant. 6, 1. Rom. 11, 22.

ܒܣܡܐ *et* ܒܘܣܡܐ iucunditas. 1 Par. 16, 39. Conuiuium. 2 Par. 1, 3. 13.

ܒܣܝܡܐܝܬ temperate, ſuauiter, benigne, libenter. Sap. 8, 1. Eccl. 31, 22. Marc. 6, 20. c. 12, 37.

ܡܒܣܡܐ odoratiſſimus. Exod. 30, 25.

[ܒܣܝܢ Aſſemano iudice in Bibl. Or. T. I. p. 327. 328. nomen eſt idoli, in vrbe Haran culti: mihi ܒ praefixum videtur ac nomen ipſum numinis ܣܢ *decepit* (Satanas) *Haranam per Sin* (i. e. *lunam*) *ab Haranenſibus pro Dea cultam.*] ܐ

ܒܣܘܣܐ puer aetate grandior. *B B.*

ܒܣܪ ſpreuit, contemſit, condemnauit, vilipendit; inuidit, facilem praebuit. *Part.* ܒܣܝܪ Tit. 2, 8. 1 Joh. 3, 20. 21. *Pah.* ܒܣܪ Id.

Id. Gen. 25, 34. Phil. 2, 30. *Fut.* Cant. 8, 1. *It.* incarnauit. *Ethp.* ܐܬܒܣܪ incarnatus eſt, contemtus eſt.

ܒܣܝܪܐ contemtus, vilis, deſpectus.

ܡܒܣܪܢܐ contemtor. Act. 13, 41.

ܒܘܣܪܢܐ contemtio, irriſio.

ܒܣܝܪܘܬܐ Id.

ܡܒܣܪܢܘܬܐ audacia, contemtus. *ſubſt.* Pſ. 73, 6.

ܒܣܪܐ, ܒܣܪ caro. 1 Cor. 1, 26. Eph. 6, 5. 12. Heb. 2, 14. *Af.* Lev. 16, 4. 2 Cor. 12, 7. Gal. 4, 13. 14. Heb. 13, 11. ܒܣܪܐ ܕܐܬܦܠܚ caro lacera. ܒܣܪܐ ܡܟܘܫܢܬܐ caro macra.

ܒܣܪ patientia in aduerſis.

ܒܣܪܢܝܐ carnalis. *F.*

ܡܬܒܣܪܢܘܬܐ incarnatio. *F.*

ܒܣܪܬܐ uva acerba. *Pl.* ܒܣܪ̈ܐ Prov. 10, 26. ܒܣܪܟܐ Hemicrania.

ܒܣܪܓܐ Aſparagus. *F.*

ܒܣܛܐ ampulla, calix. ܒܣܛܘܢܐ vas fictile vitreum.

ܒܣܬܪ poſt, retro; *more nominum ſingularium affixa habet.* ܠܒܣܬܪ retro, retrorſum. Joh. 18, 6.

ܡܢ ܒܣܬܪ a tergo. Matth. 9, 20. *Hinc*

ܐܬܒܣܬܪ retrogreſſus eſt, terga vertit.

ܒܣܬܪܐܝܬ retrorſum. Gen. 9, 23. ܒܣܬܪ ܪܫܐ Occiput.

ܒܣܬܓܪܐ res quae a ſponſo ad ſponſam mittuntur.

ܒܣܝܡܐ *et* ܒܣܝܣܝܡܐ vox amoena, placens; *it.* raucedo vocis. *Ethpeh. Particip.* ܡܬܒܣܒܣ intumeſcens.

ܒܣܒܘܣܝܬܐ tumores, inflationes, bullae. *B B.*

ܒܘܥܒܥܐ Id. *et* gurges aquarum. *Pl.* ܒܥܒܥܬܐ gurgites aquarum. *F.* ܒܥܒܥܐ clamor. ܒܥܒܥܬܐ albedo verticis.

ܐܒܥܕ terruit. *Ferr.*

ܐܬܒܥܕ (*Ethpeh.*) elongauit. *B B.* *Aphel* ܐܒܥܕ peregre abiit, vel profectus eſt, longe abfuit, peregrinatus eſt. Luc. 20, 9.

ܡܒܥܕ, ܡܒܥܕܐ remotus.

ܒܘܥܕܐ longinquitas, diſtantia. *F.*

ܒܥܐ petiit, rogauit, quaeſiuit, requiſiuit. Jud. 13, 8. Luc. 13, 6. contendit, Gen. 30, 8. *Part.* Matth. 8, 5. *Pl.* Marc. 1, 36. *Aff.* 1 Cor. 4, 13. * *Foem.* ܒܥܝܐ Marc. 7, 26. *Pl.* ܒܥܝܢ Mat. 28, 5. *Inf.* 2 Par. 20, 4. Marc. 8, 11. *Imp.* Act. 9, 11. *Fut.* 1 Theſſ. 3, 2. Mat. 26, 53. *Ethpeh.* ܐܬܒܥܝ requiſiuit, examinauit. Ezr. 10, 16. *It.* requiſitum, neceſſarium eſt. *Part.* Matth. 6, 8. *Pl.* c. 21, 3 *et* 26, 65. *Foem.* ܡܬܒܥܝܢܝܬܐ Luc. 10, 42. *Pl.* Mat. 6, 32. 1 Cor. 12, 21.

[* Aliquando et ſimpliciter, *voluit.* Chreſtomath. p. 62. *Paulus* ܒܥܐ ܕܢܩܝܡ *voluit ibi conſtituere epiſcopum*, vbi ex ſerie ſequentium nulla emphaſi de mera voluntate poni videtur, quam deinde mutat.]

ܒܥܬܐ quaeſtio, diſputatio. Act. 15, 2. 7 *et* 25, 20. Tit. 3, 9.

ܒܥܘܬܐ petitio, precatio, oratio. 2 Cor. 8, 4. Heb. 5, 7. *Af.* Pſ. 6, 10. Rom. 10, 1. *Pl.* ܒܥܘܬܐ Epheſ. 6, 18. ܒܥܘܬܐ 1 Tim. 5, 5. *Hinc per Apoc.* ܒܒܥܘ in obſecratione, obſecro, quaeſo, quaeſumus. Exod. 32, 31. Deut. 3, 24. Jud. 13, 8. c. 16, 28. Neh. 1, 11. Jer. 1, 6. c. 4, 10. c. 14, 13. c. 32, 17. Dan. 9, 4. *ſic Ar.* بطلبة *et* بغية

ܒܥܘܝܐ, ܒܥܝܐ precator. ܒܥܝܐ precatio. ܒܥܬܐ filia.

ܒܥܒܥܬܐ ܕܪܝܫܐ cerebrum, frons, tempus, capitis pars.

ܒܥܐ fortis, potens. *B B.* ܒܥܘܪܐ pilus mollior cameli. *F.* ܒܥܬܐ ܕܝܨܪܐ appetitus, concupiſcentia.

ܒܥܘܬܐ

ܒܥܘܠܬ̈ܐ uvae acres.

ܒܥܘܪܐ pilus cameli.

ܒܥܛ calcauit, recalcitrauit. Deut. 32, 15. *Pah.* ܒܥܛ Id. *Inf.* ܠܡܒܥܛܘ Act. 9, 5 *et* 26, 14.
ܒܥܛܐ calcitratio, lucta.
ܒܘܥܛܬܐ / ܒܘܥܛܐ conculcatio, ſaltatio, calcitratio. ܒܘܥܛܗ ܕܐܠܗܐ plaga Dei. ܒܘܥܛܐ miniſter ſacrorum, diaconus, *pec.* Chriſtianorum. *BB.*

ܒܥܝܚܐ raucus. *F.*

ܒܥܠ nupſit: *it.* concubuit cum vxore. *PP.* ܒܥܝܠܐ nuptus. *Foem.* ܒܥܝܠܬܐ nupta, maritata. Gal. 4, 27.
ܒܥܠ / ܒܥܠܐ dominus, maritus. Joh. 4, 17. *Af.* Mat. 1, 19. *Pl.* Joh. 4, 18. *Af.* Eph. 5, 22.
ܒܥܠ ܐܡܐ Vitricus.
ܒܥܠܕܒܒܐ inimicus, Mat. 13, 28. 39. *Af.* Mat. 13, 25. *Pl.* ܒܥܠܕܒܒ̈ܐ Rom. 5, 10. Phil. 3, 18. *Aff.* Mat. 5, 44.
ܒܥܠܕܒܒܘܬܐ inimicitia. Luc. 23, 12. Jac. 4, 4.
ܒܥܠ ܕܝܢܐ *et* ܒܥܠܕܝܢܐ *G. F.* luctator, aduerſarius. *Af.* Pſ. 11. *t.* ܒ̈ ܕܝܢܐ antagoniſta, aduerſarius. Iſa. 50, 8. Mat. 5, 25. ܒ̈ ܬܚܘܡܐ finitimus, finium accola. *Pl.* 2 Par. 14, 5 *et* 15, 15. ܒ̈ ܡܠܟܐ conſiliarius. Iſa. 40, 13. Rom. 11, 34. ܒ̈ ܟܘܫܝܐ Aethiops. ܒ̈ ܓܠܠܐ locus ad quem marinus fluctus alliditur, littus, ſcopulus marinus. ܒ̈ ܩܝܡܐ confoederatus. *Pl.* Gen. 14, 13. ܒ̈ ܫܡܝܢ dominus coelorum. Iupiter. 2 Macc. 6, 2. *

[* *Iouem* eſſe, ex hoc ipſo loco ſatis conſtat, cum hic ipſum Διός nomen in Graeco legatur. Occurrit praeterea in Aſſem. B.O. T.I.

T. I. p. 327. vbi Jacobus Sarugenſis narrat, Carrhis (Haran) *lunam et* ܒܥܠ ܫܡܝܢ, id vero iam eſt, *Iouem* cultum fuiſſe.]

ܒܘܥܠܬܐ fructus immaturus. *Pl.* ܒܘܥܠܐ uvae acres. *F.*

ܒܥܛ (*Pah.*) contudit, diſſipauit. * *Ethpah. Part.* ܡܬܒܥܛ volutabat ſeſe; *al.* calcitrabat, *qs. i. q.* ܡܬܒܥܛ Marc. 9, 20. *Alii legunt* ܡܬܒܥܛ. *v. Var. lectiones.*

[* Verſio Philoxeniana de conuulſionibus epilepticis vel daemoniacis pro Graeco σπαράσσω ponit, Marc. 1, 26. 9, 20. 26. Luc. 9, 39. iam in Pael, iam in Aphel.]

ܒܘܥܛܐ contuſio.

ܒܥܘܛܐ, ܒܥܘܛܬܐ aerumnoſus. Sap. 2, 1. *It.* contuſio ex caſu. *F.*

ܒܥܪ racemauit, reliquias quaeſiuit, ſpicilegium fecit. *Fut.* Lev. 19, 10. 1 Reg. 14, 10. *Ethpah. Part. Pl.* ܡܬܒܥܪܝܢ racemantur. 1 Reg. 14, 10.

ܒܘܥܪܐ ſpicilegium, racematio, excuſſio oliuae reſiduae. Iſa. 17, 6. Num. 24, 22. Exactior inquiſitio.

ܡܒܥܪܢܐ racemator. Eccl. 33, 17.

ܒܥܝܪܐ animal, *prop. herbas et gramen depaſcens.* Iumentum. Gen. 1, 24. Pſ. 50, 10. Act. 23, 24. 1 Cor. 15. 39. ܒܥܝܪܘܬܐ repugnantia. *F.*

ܐܬܒܥܪ obſtitit, repugnauit, ferus factus eſt; ferociit; ſtulte fecit. *B B.*

ܒܥܪܝܪܐ ferus, efferatus, immitis. *Pl.* 2 Tim. 3, 3.

ܒܥܪܝܪܘܬܐ feritas, immanitas. *Bar Cepha.*

ܒܥܬ horruit, timuit, formidauit.

ܒܥܬܬܐ horror, timor, formido; *it.* ſemen, ſementis. ܒܘܥܬܐ Id. *B B.*

ܒܘܦܬܠܡܘܢ Buphthalmum. ܗܢܒܐ ܕܒܘܦܪܐ flos Alhennae. *P. Alpin* de Pl. Aegypt. 44. *l.* ܕܒܘܦܪܐ.

ܒܘܦܪܝܣ

ܒܨܦܘܪܝܣ velocitas ab impetu venti. *It.* ſufflatio ignis. *B B.*

ܐܬܒܨܨ (*Ethpe.*) ſubtiliter inquiſiuit, cribrauit, coluit *religionem.*

ܒܨܝܪܐ Iuſtitia, *et* Charitas. *B B.*

ܒܨܝܪܐ imbecillus. Macer.

ܒܨܝܪܘܬܐ imbecillitas. Macritudo, macies.

ܒܨܐ exquiſiuit, inueſtigauit, ſcrutatus eſt. Gen. 31, 35 *et* 44, 12. Deut. 26, 13. *Af.* 1 Cor. 4, 7. Deut. 26, 14. *Part.* Prov. 25, 2. 1 Cor. 2, 10. *Imp.* Joh. 7, 52. *Fut. Ethpe.* 1 Reg. 20, 6. *Part.* 1 Cor. 14, 24. *Gr. ibi* ἐλέγχεται. *Pa.* ܒܨܝ Id. *Ethpa.* ܐܬܒܨܝ diminutus eſt.

ܡܬܒܨܝܢܐ conquiſitus.

ܒܨܘܝܐ ſcrutator, inueſtigator. *Pl.* Jud. 5, 11.

ܒܨܝܐ inueſtigatio.

ܒܨܬܐ Id. *Pl.* ܒܨܬܐ.

ܡܒܨܝܢܘܬܐ Id. ܡܒܨܝܐ ſollicitudo in negotiis. *F.*

ܒܨܠܐ Cepa. *Pl.* Num. 11, 5.

ܒܨܠܐܝܠ Bezaleel, *q. d.* ܒܛܠܠܗ ܕܐܠܗܐ vmbra Dei. *Maritus fuit Miriam ſororis Moyſis. Al. i. q.* ܒܟܢܘܫܬܗ ܕܐܠܗܐ congregatio Dei. *B B.*

ܒܨܠܨܚ Tripudians prae gaudio. *B B.* *

[* Manifeſtus Barbahluli error, de Syriaca verſione coniicientis, non inſpectis Hebraicis. Sumtum ex 1 Sam. 10, 2. vbi pro Hebraicis, *inuenies ad ſepulcrum Rachelae* בצלצח *in Tſeltſach*, Syrus habet ܗܘ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬ — — ܒܨܠܨܚ. Eſt ergo nomen proprium cum praefixo ב, per errorem a Barbahlulo huc relatum. Admonet nos exemplum, non nimis ei credere fortiter.]

ܒܘܨܝܢܐ lucerna. *Pl. Aff.* 1 Par. 28, 15. *It.* cucumeres longiores. *B B.*

ܒܨܪ defecit, diminutus eſt; infirmus, infirmatus eſt. Job 39, 34. Lev. 27, 18. *Pael* diminuit, breuiauit, minorauit. Deut. 4, 2. Jud. 2, 19. Pſ. 8, 6 *et* 89, 46. *Ethpa.* diminutus eſt; deſtitutus eſt; deiectus, in ordinem redactus eſt. *G. Sion.* Num. 36, 3. 4. Jud. 16, 6. 1 Cor. 1, 7. Judith 8, 15. ܕܢܬܒܨܪ vt in ordinem redigatur.

ܒܨܝܪ / ܒܨܝܪܐ diminutus, a. Paruus, a. Minimus, a, aetate *vel* dignitate. 1 Cor. 1, 28. Gen. 32, 10. c. 41, 19. Vilis, deterior. Matth. 2, 6. Joh. 2, 10. Humilis. Prov. 14, 23. Plebeius. Jer. 14, 3. 9.

[ܒܨܝܪ *minus*, ſenſu arithmetico. Chreſtomath. p. 69. lin. vlt. ܝܪ̈ܚܝܢ ܬܡܢܝܐ ܒܨܝܪ ܝܘ̈ܡܬܐ ܬܡܢܝܐ *menſes octo, minus octo diebus.*]

ܒܘܨܪ Boſra. Iſa. 34, 6.

ܒܨܪܐ defectus, imminutio.

[ܒܨܪܐ *pars, particula.* Chreſt. p. 115. lin. 14. ܒܨܪܐ ܙܥܘܪܐ ܡܢ ܕܪ̈ܘܪܒܘܗܝ ܡܝܬܪ̈ܐ *particula exigua de factis eius praeclaris.*]

ܒܘܨܪܐ defectus, delictum; menda. *F.* *

[* Exempli loco eſto: *ob preces Ephraemi condonat Deus* ܒܘܨܪ̈ܝܢ *menda*, ſeu, *peccata noſtra.*]

ܒܨܝܪܘܬܐ paruitas, minimum, res minima; decrementum. 1 Cor. 4, 3 *et* 11, 17. Defectus * Jer. 14, 1. ܒܨܝܪܘܬ ܡܐܟܘܠܬܐ *et* ܒܘܣܡܐ temperantia in victu, *et* ſobrietas. Eccl. 26, 17. 19. *B B.*

[* Nempe *raritas pluuiae.* Hebraicum בצרת, de quo vide Supplementa noſtra num. 277.]

ܒܨܝܪܐܝܬ paululum, minus, parce. 2 Cor. 12, 15.

ܒܣܣ tineis eroſus eſt.

[ܒܣ̈ܐ *culices.* Aſſ. B. Or. T. I. p. 31. Vide ibi pro ſtabilienda ſignificatione locum Gregorii in notis ſubiectum, et confer, بَقّ *culex*]

ܒܣܝܣܐ tineis eroſus, carioſus. Sap. 14, 1.

ܒܣܝܣܘܬܐ

ܒܩܝܘܬܐ caries, attritio, extenuatio.

ܒܩܩܐ Id. *BB.*

ܒܩܐ tentauit, probauit, explorauit. Heb. 3, 9. *Part.* 1 Theſſ. 2, 4. *P. P.* Rom. 14, 18. 2 Cor. 8, 22. *Pl.* ܒܩܝܢ 1 Cor. 11, 19. *Imp.* Pſ. 26, 2. 1 Theſſ. 5, 21. *Fut.* Jud. 7, 4. Luc. 14, 19. *Ethpe.* ܐܬܒܩܝ probatus, exploratus eſt. Job. 34, 34. 1 Pet. 1, 7. *Fut.* 1 Tim. 3, 10. *Ethpah.* ܐܬܒܩܝ conſiderauit, contemplatus eſt. 1 Reg. 3, 21. *Part.* Gen. 24, 21. Rom. 4, 19. *Pl.* Phil. 3, 17. *Imp.* Job 35, 5. Mat. 6, 28. Luc. 12, 24. *Fut.* Gen. 42, 14. 16.

ܒܘܩܝܐ probatio, exploratio, experientia, experimentum. Rom. 5, 4. 2 Cor. 9, 13. Jac. 1, 3. *Aſſ.* 2 Cor. 13, 7. Phil. 2, 22.

ܒܩܐ culex. *Pl.* Matth. 23, 24.

ܒܩܝܬܐ Leuce. *BB.*

ܒܩܘܠܐ planta, germen ex grano ortum. Baculus.

ܒܩܪ *vel* ܒܩܪ inueſtigauit, inquiſiuit.

ܒܩܪܐ *et* ܒܘܩܪܐ inquiſitio, ſciſcitatio, exploratio. *F.*

ܒܩܪܐ grex *boum*, bos. *Abſolute ſignificat* gregem boum; *cum ſignificandus eſt grex aliarum animantium, addendum eſt nomen illarum, vt notat F.* Marc. 5, 11. 13. Luc. 8, 32. 33. *Pl.* ܒܩܪ̈ܐ Pſ. 8, 8. ܒܩܪܐ *Pl.* ܒܩܪ̈ܬܐ bos *foemina.*

ܒܩܪܐ paſtor boum, bubulcus. *F.*

ܒܪ, ܒܪܐ filius. Luc. 10, 6. 2 Tim. 1, 2. *Af.* Joh. 9, 20 *et* 19, 26. *Cum Af.* ܝ *aſſumit perpetuo vocalem* 2. *vt* ܒܪܝ filius meus. Gen. 37, 33. Matth. 3, 17. *

[* Nempe, a ברא *genuit, creauit.* Vide Supplem. ad lex. Hebr. num. 282. Pluralem, ܒܢܝܐ, ܒܢܝܢ, ܒܢܝ, adſciſcit, ex Hebraico

braico בן, Arabicoque ابن, pl. بنون. Idem et facit ſequens ܒܪܬ *filia*, pluraliter ܒܢ̈ܬܐ, ܒܢ̈ܬ, بنات.]

ܐܓܪܐ ܒ Lunaticus. Mat. 4, 24 *et* 17, 15. ܐܡܐ ܒ Verrucula. ܐܝܬܘܬܐ *et* ܐܝܬܐ ܒ coeſſentialis et aeternus. ܐܒܕܢܐ ܒ filius perditionis. ܐܬܪܐ ܒ indigena. ܒܣܡܐ ܒ thuribulum. ܒܣܪܐ ܒ particeps eiusdem carnis, eadem carne praeditus, *qs.* concarneus, Iſa. 58, 7. ܓܘܪܐ ܒ ſpurius, nothus. Deut. 32, 2. ܓܘܠܬܐ ܒ Pera quaedam. *B B.* ܓܘܠܬܐ ܒ Naſturtium. ܕܘܢܒܐ ܒ Poſtilena. ܕܪܟܐ ܒ adiuuans, auxilians. *B B.* ܙܪܥܐ ܒ ſeminabile, Lev. 11, 37. 38. ܚܕܝܐ ܒ thorax. ܚܐܪܐ ܒ liber ingenuus, nobilis. 1 Pet. 2, 16.* ܛܘܗܡܐ ܒ cognatus. Luc. 1, 58. ܝܘܡܐ ܒ eodemmet die. Deut. 24, 15. Prov. 12, 16. ܡܪܒܝܢܐ ܒ collactaneus, συντροφος, Act. 13, 1. ܢܫܐ ܒ homo. Galat. 1, 10. ܢܫܘܢܐ homuncio, homunculus. ܥܨܝܪܐ ܒ tragemata ex muſto cocto. ܨܒܥܐ ܒ digitabulum. ܨܘܪܐ ܒ ora, fimbria. Pſ. 132, 2. ora veſtis iuxta collum. ܡܚܡܨܢ ܒ *i. q.* ܡܨܛܪܘ. ܨܦܪܐ *et* ܨܦܪܝܐ Jentaculum, *cibus qui poſt horam* 2. *ſumitur, vt qui in meridie* ܫܪܘܬܐ, *qui in veſpere* ܚܫܡܝܬܐ *dicitur.* *F.* Cibus diurnus. ܪܐܙܐ ܒ particeps conſiliorum et ſecretorum, ſecretarius. ** ܫܒܝܐ *vel* ܫܒܝܬܐ ܒ captivus, concaptiuus. ܫܘܪܐ ܒ Antemurale. Iſa. 26, 1. † ܫܡܠܐ ܒ equus mirae velocitatis. ܫܥܬܗ ܒ illico, ſtatim. Ezech. 23, 40. Sap. 5, 12. 1 Macc. 11, 22. *tantum cum Aff.* ܠܒܝܫܘܬ ܒܪܢܫܘܬܐ humanae naturae aſſumtio. *Rit. Sever. Patr.*

[* Nota inprimis locum, vbi quemlibet ingenuum, ſeruo oppoſitum denotat, 1 Tim. 1, 10 ܕܓܢܒܝܢ ܒܢ̈ܝ ܚܐܪ̈ܐ *qui homines liberos furantur.* Quin et latius, neglecto etymo, ad *manumiſſos* transfertur, vna cum ſuo foeminino: 1 Maccab. 10, 33

ܟܠ ܢܦܫܐ ܝܗܘܕܝܐ ܕܫܒܝܬ ܡܢ ܐܪܥܐ ܡܫܒܩ ܐܢܐ ܠܗ ܒܪ ܚܐܪܐ ܡܓܢ *omnem animam Iudaeorum, quam abduxi in ſeruitutem ex terra Iudaeae, gratis dimitto liberam.*

Eſt et nomen proprium fluuii Syriae, *Eleutheri*, nunc, *Nahar el Berd*, 1 Macc. 11, 7.]

[** Quem nos dicimus *conſiliarium regis intimum.* Exemplum vide chreſt. p. 41. lin. 5. Latioris ſignificationis, *conſiliorum particeps*, habes in Ephraemi T. I. p. 60. ad Jeſ. 24, 22. ܗܕܐ ܟܠܗ ܐܬܘܪܝܐ ܘܟܠܗ ܡܠܟܘܗܝ ܒܢܝ ܪܐܙܗ ܪܡܙ *Aſſyrium innuit, eiuſque ſocios, et participes conſilii, qui congregati erant, cogitarantque mala et interitum Hieroſolymae.*]

[† Malim, *foſſam*, intelligere, nec ad ܒܪ *filium*, referre, ſed ad ܒܪ *extra*, atque ad literam vertere, *extra murum.* Thalmudici quoque בר שורה habent, interpretatione dubia. Ponit Syrus ܒܪ ܫܘܪܐ pro חיל, de quo vide Suppl. lex. Hebr. n. 720.]

ܒܪܬܐ (*Foem.*) filia. Luc. 8, 42. *Conſt.* Gen. 11, 29. Marc. 5, 42. *Af.* Matth. 9, 18. Marc. 7, 29.

ܒܪܬ ܥܘܠܐ circumciſio. *It.* caruncula in interfoemineo mulieris excreſcens.

ܒܪ ܥܙܩܐ annulus. *F.* ſigillum annuli. *BB.* ܒܪ ܛܘܦܝܠܐ σταφύλωμα, vitium oculi. *It.* Botrus. ܒܪ ܡܫܠܐ Genus mambu. *Avic.* I. *p.* 182. *l.* 17. *Ar. Plemp.* *It.* ſudor, vel gummi quod colligitur circa fiſtulam marinam. ܒܪ ܟܢܘܠܐ amictus, mantile. ܒܪ ܠܫܢܐ pariſthmia faucium, radix linguae; *it.* vlcus in illa. ܒܪ ܨܒܥܐ digitabulum. ܒܪ ܩܠܐ ſonus, echo. *Deinde* ܒܪܬܐ *eſt etiam* ouum. Luc. 11, 12. *Pl.* ܒܢ̈ܠܐ Deut. 22, 6. Iſa, 10, 14 *et* 59, 5.

[Alia hic adiicio ex ܒܪ aut ܒܪܬ compoſita, non omnia quidem, ſed quae ad Caſtelli lexicon adnotaueram;

ܒܪ ܐܢܫܐ et contractius ܒܪܢܫܐ *homo.* Prius iſtud a Caſtello non notatum, fortaſſe quod nimis notum. Centies centiesque occurrit, tironi cuiuis lectum, quam ob cauſſam exempla non addo.

Id vnum adnoto, Syros ne aliud quidem *hominis* nomen habere, quam hoc, quod proprie *filium hominis* dicit: vnde fit, vt et ponant, vbi de primo homine, patrem non habente, loquuntur, nec vero ſeriores modo Syri, ſed primariae auctoritatis ſcriptor claſſicus, interpres vetus N. T. Vide 1 Cor. 15, 45 ܐܕܡ ܒܪܢܫܐ ܩܕܡܝܐ *Adamus* (ſi verbo audacia detur) *filius hominis* i. e. *homo primus*. Hinc et verbum faciunt eccleſiaſtici ſcriptores,

ܐܬܒܪܢܫ *homo factus eſt.* In vita Ephraemi, T. I. B. Or. Aſſ. p. 51. l. 14. *abſit, vt abnegemus conditorem coeli et terrae*, ܕܡܛܠ ܦܘܪܩܢܢ ܐܬܒܪܢܫ *qui noſtrae redemtionis cauſſa homo factus eſt.* Ab huius verbi participio fluxit, quod lexico iam inſeruit Caſtellus, ܡܬܒܪܢܫܢܘܬܐ *incarnatio Chriſti*, quamuis ego malim his ſcribere vocalibus ܡܬܒܪܢܫܢܘܬܐ, ad analogiam aliorum a participiis ortorum. Vide grammat. Syr. § 6. n. 2.

ܒܪ ܐܪܙܐ quaere ſub ܒܪ ܪܙܐ.

ܒܪ ܒܠܘܛ̈ܐ *filius quercuum*, i. e. nobili ſtirpe ortus, quaere ſub ܒܠܘܛܐ.

ܒܪ ܕܡܘܬܐ *filius ſimilitudinis* i. e. *ſimillimus.* Ephraem. T. I. p. 46. lin. 34. vbi Lamech vidit Caini filium, ei ſimillimum, vt ab eo dignoſci non poſſet, ܚܙܐ ܒܪܗ ܕܡܘܬܗ. Quanquam hoc forte omittere potuiſſem, nam et in aliis linguis ſic loqui fas eſt.

ܒܪ ܗܪܣܝܣ *filius haereſis*, i. e. *ſectarius, aſſecla haereſis.* Chreſtom. p. 5. inf.

ܒܪ ܟܝܢܐ *filius naturae*, i. e. *eandem naturam habens*; vox eccleſiaſtica, in controuerſiis Neſtorianorum et Eutychianorum nata. Chriſtum Neſtoriani dicebant, ܒܪ ܟܝܢܢ *filium naturae noſtrae*, i. e. *naturae noſtrae participem*, quod ad blaſphemias aduerſarii eorum ablegabant.

ܒܪ ܝܪܬܘܬܐ *filius haereditatis*, non ſolum haeredem, ſed et cohaeredem denotat, vt Rom. 8, 17. vbi adeo *haeredi* (ܝܪܬܐ) opponitur, ܝܪ̈ܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܢܝ ܝܪܬܘܬܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. Sic et Eph. 3, 6. atque apud

apud Ephraemum Tom. I. pag. 75. infima, vbi Sara verita dicitur, ܗܘܐ ܗܘܐ ܚܐܪܬܐ ܠܒܪ ܐܡܬܐ ܕܒܪ *ne Iſmael* (ancillae filius) *cohaeres fieret filio ingenuae.*

ܒܪ ܡܠܟܐ *conſiliarius.* Chreſt. p. 41. l. 6. Act. 25, 12. *Feſtus collocutus* ܥܡ ܒܢܝ ܡܠܟܗ *Gr.* *μετὰ τοῦ συμβουλίου.*

ܒܪ ܬܪܬܝܢ ܡܢܘܢ *qui duplicem haereditatis partem accipit.* Ephraem. T. I. p. 75.

ܒܪ ܢܡܪܐ *filius pardorum*, vel, *tigridum*, (ſolent enim haec nonnunquam confundi animalia) nomen Dei, in vrbe Haran culti, Aſſ. B. Or. T. I. p. 327. Bacchi, vt videtur Aſſemano, cuius currum tigres traxiſſe fabulentur poetae.

ܒܪ ܦܠܓܘܬܐ *qui haereditatem cum alio diuidit.* Ephr. T. I. p. 75.

ܒܪ ܦܠܛܝܢ, proprie *palatini*, palatini autem Syris, *magnates*, nobiles, aulici, viri inſignes dignitate et honore. Gregorius Barhebr. Chreſtom. p. 83. lin. 8. Sic et פלטיאני Chaldaeis magnates ſunt, (Buxtorfii lex. p. 1741) et בני פלטין Rabbinis (Raſchi ad Hoſ. 5, 9.)

ܒܪܬ ܩܝܡܐ (filia foederis) *virgo ſacra.* Chreſt. p. 25.

ܒܪ ܩܠܝܬܐ *ſyncellus* (vide Sviceri theſ. p. 1074) Chreſtom. p. 63.

ܒܪ ܫܢܐ (filius cuſpidis, *ἀκμῆς*) *coaetaneus.* Dan. 1, 10.

ܒܪ ܬܪܥܝܬܐ *qui cum alio haeretico eadem ſentit*, ſocius in haereſi. Chreſtom. p. 9. 80.]

ܒܪܘܢܐ *et* ܒܪܘܢܘܢܐ filiolus.

ܒܪܘܬܐ *et* ܒܪܘܬܘܬܐ filiatio. *v. et* ܒܪܐ.

ܒܪܬܘܢܝܬܐ filiola. *F.*

ܒܪܬܐ puerpera. ܒܪ *i. q. Targumiſtis* ܕܠܒܪ ܦܝܠܘܣܘܦܘܣ Philoſophi Gentiles, a coetu Chriſti alieni.

ܒܪܐ terra inculta, deſertum, ſylua, ager. Matth. 3, 4. Marc. 1, 6. Rom. 11, 24. *

[* Item,

[* Item, *extra.* Vide exempla ſat multa, ex N. T. collecta, in Schaafii lex. p. 82. quod nolim deſcribere. Hinc ܡܢ ܠܒܪ, vbi eccleſiae opponitur, et hominem extra eccleſiam denotat, et eruditionem profanam, vt, philoſophiam. Chreſt. p. 109. l. 11. *explicabat quaeſtiones,* ܡܢ ܥܕܬܐ ܐܘ ܡܢ ܠܒܪ *eccleſiaſticas,* (theologicas) *aut profanae eruditionis.*]

ܒܪܝܐ exterior, extraneus. Mat. 8, 12 *et* 22, 13. Heb. 9, 6. *Pl.* ܒܪ̈ܝܐ Marc. 4, 11. Col. 4, 5.

[ܒܪܝܬܐ *deſertum.* Job 18, 17. ܥܠ ܐܦܝ ܒܪܝܬܐ *ſuper facie deſerti.* Sic et Arabs ibi Syrum intellexit, البرية vertens, cuius auctoritatem addo, quod male Gabriel Sionita ܒܪܝܬܐ in Polygl. edidit, *creaturam* vertens, ne bono quidem ſenſu.]

ܒܪ̈ܝܬܐ f. p. vici, plateae, ſemitae. 2 Macc. 4, 3. Luc. 14, 21. Aedes, arces. Prov. 1, 21.

ܒܪܝܪܐ, ܒܪܝܪ ſimplex, purus, mundus. Jer. 11, 19. Rudis, Jud. 3, 17. *Pl. Conſt.* Pſ. 73, 2.

ܒܪܝܪܘܬܐ puritas, ſimplicitas. Act. 2, 46.

ܒܘܪܝܐ mundus, purus. *v. et* ܒܪܐ.

ܒܪܘܪܐ ſtridor molae. *F.* ܒܪܘܪܐ pulueres contuſae. *Nouar.* 144.

ܒܪܒܪܝܐ barbarus, extraneus. 1 Cor. 14, 11. Col, 3, 11. *Pl.* Act. 28, 2. 4. 6. Rom. 1, 14.

ܒܪܒܪܝܘܬܐ barbaries.

ܐܬܒܪܘܙ admiratus eſt, obſtupuit.

ܒܪܐ creauit. Gen. 1, 1. Marc. 13, 19. *Ethpe.* ܐܬܒܪܝ creatus eſt, 1 Cor. 11, 9. Epheſ. 4, 24. Col. 1, 16. *It.* elongauit. *B B.* *Pah.* ܒܪܝ creauit. *Ethpah.* ܐܬܒܪܝ creatus eſt; *it.* ſolitudines incoluit, ſeceſſit in ſolitudinem, ſolitarius factus eſt.

ܡܬܒܪܝܢܐ creabilis.

ܒܪܘܝܐ *et* ܒܪܘܐ creator. 1 Pet. 4, 19. *Af.* Rom. 1, 25.

ܒܪܝܬܐ creatio, creatura. Marc. 13, 19. Rom. 8, 39. *Pl.* ܒܪܝ̈ܬܐ Pſ. 24, 1. Rom. 1, 25. Heb. 9, 11. *Af.* Act. 17, 27. Jac. 1, 18. *Eſt etiam* ܒܪܝܬܐ creata. *It.* Geneſis. *F.* ܒܪܝܐ Id. ܒܪܝܘܬܐ *et* ܒܪܝܢܘܬܐ Id.

ܒܪܝܬܐ ـ ܒ c. ܒ tremefacti.

ܒܪܘܩܝܐ diſtans, longinquus; *it.* longinquitas, diſtantia; *it.* nitrum, ſtorea. *v. et* ברר.

ܒܪܝܘܢܝܐ *et* ܒܪܝܘܢܝܐ Bryonia.

ܒܪܘܐܘ Muſcus arboreus. *Avic.* Uſhna *p.* 128. *l.* 9. *Ar.*

ܒܪܘܐܘܢܝܣ Braſſica coeleſtis. *B B.*

ܒܪܘܬܐ Nux Sabinae, iuniperus. *B B.* *It.* ramentum, ſcobs arborum, quae ſerra ſecantur. *F.* *v. et* בר *et* ברת.

ܒܪܝܐܪܘܣ Briareus. *B B.* ܒܪܝܐ Heliopolis. *Nouar.* 301.

ܒܪܐ puteus. *v.* באר.

ܒܪܒܪܝܐ *v.* ברר.

ܒܘܪܩܣ borax, nitrum. *B B.*

ܒܪܙܝܣ canalis. *B B.*

ܒܪܕܐ grando.

ܒܪܘܕܐ grandinatus, albo et rubro diſtinctus, maculoſus, verſicolor. 1 Reg. 22, 10. *Pl.* Gen. 31, 12. ܒܪܕܐ *etiam* Emblicae, myrobalani. *B B.*

ܒܪܕܘܢܐ pardus. *F.* Mulus, *quo vocabulo in hoc ſenſu vtitur etiam Ulpianus.*

ܒܪܕܝܣ plauſtrum.

ܒܪܕܝܬܐ clitellae.

ܒܪܘܢܪܘܢܐ ܕܗܢܕܘܝܐ medicamentum Indicum. *B B.*

ܒܪܙܐ ſulci ſementis. ܒܪܙܢܐ ſubula, terebrae. *B B.*

ܒܪܙܢܩܐ Tibiale. 1 Sam. 17, 6.

ܒܪܙܝܢܐ hircus, dux gregis. ܒܪܙܢܬܐ ܕܡܫܩܠܬܐ pullus ineptus ad equitandum.

ܒܪܙܓܬܪܝܩܝܐ, ܒܪܙܓܬܪܝܩܘܢ medicina ſanatiua, *corrupt. ex Gr.* θεραπευτική. *B B.*

ܒܪܟ genua flexit, procubuit, concidit. Jud. 5, 27. Mat. 17, 17 *et* 27, 29. Rom. 11, 4. Proceſſit. Sap. 14, 16. *Part. Pl.* ܒܪܟܝܢ Mat. 15, 19. *Foem.* ܒܪܟܢ Exod. 1, 16. *Aph.* ܐܒܪܟ genu flectere, procumbere fecit. Gen. 24, 11. *Pah.* ܒܪܟ benedixit. Geneſ. 1, 28. Marc. 8, 6. 7. Luc. 2, 34. *Part.* ܡܒܪܟ Luc. 24, 51. Act. 3, 26. *Pl.* Luc. 25, 53. *Af.* Jac. 3, 9. 1 Cor. 4, 12. *P. P.* ܡܒܪܟ benedictus. Luc. 1, 41. 68. Epheſ. 1, 3. *Foem.* Luc. 1, 42. * *Inf.* ܡܒܪܟܘ Heb. 6, 14. *Imper.* Luc. 6, 28. *Fut.* Heb. 6, 14. *Ethpa.* ܐܬܒܪܟ benedictus eſt. *Part.* Heb. 7, 7. *Pl.* Gal. 3, 9. *Fut.* Act. 3, 25. Gal. 3, 8. **

[* ܡܒܪܟܐ *benedictus*, ex vſu Judaico aliquando idem ac *Deus.* Marc. 14, 61. ܒܪܗ ܕܡܒܪܟܐ, in vtraque verſione. Chreſt. p. 25. in literis tyranni Judaici ܠܐ ܡܘܕܝܢ ܗܘܘ ܕܐܠܗܐ ܗܘܝܘ ܘܒܪܗ ܕܡܒܪܟܐ *ſed profitebantur, deum eum eſſe, et filium Benedicti.* — In ſcriptoribus eccleſiaſticis fit et epitheton piorum: Barhebr. Chreſt. p. 89. *inſtaurauit templum ope* ܡܒܪܟܐ ܬܓܪܐ *benedictorum mercatorum.*

Femininum ܒܪܝܟܬܐ *et* ܡܒܪܟܬܐ, nominibus vrbium, ſanctitatis aliqua laude illuſtrium, addi ſolet, vt in Aſſ. B. Or. T. III. P. II. 352. vbi Elkos dicitur, ܩܪܝܬܐ ܒܪܝܟܬܐ ܘܡܒܪܟܬܐ *pagus, vel, oppidum benedictum;* peculiariter tamen Edeſſae, quae tanquam metropolis

eſt

eſt chriſtianae in Aſia Orientali religionis. Haec vel, ne addito quidem ſuo nomine, ſimpliciter *Benedicta* vocatur, vt, in fine chronici Edeſſeni, p. 73 chreſtomathiae: *vt ex praecedente narratione diſcimus, aqua quater perrupit* ܫܘܪ̈ܝܗ̇ ܕܡܒܪܟܬܐ *muros Benedictae*, i. e. *Edeſſae*. Talia cognomina, ex Saracenorum more, multa habet geographia Hiſpaniae.]

[** ܐܬܒܪܟ etiam *diſceſſum* denotat, a benedicendo, i. e. valedicendo, Aſſem. B. Or. T. I. p. 44. l. 16. ܘܐܬܒܪܟܘ ܚܕ ܡܢ ܚܕ *diſceſſerunt a ſe inuicem*. Simillima phraſis illi, quam de valedicentibus inuenies in chreſtomathia p. 36 ܝܗܒܘ ܫܠܡܐ ܠܚܕܕܐ *dederunt pacem*, i. e. valedixerunt, *ſibi inuicem*.]

ܒܪܝܟ benedictus. Mat. 21, 9. *Foem.* ܒܪܝܟܐ Marc. 11, 10. Tit. 2, 13. *Conſt.* Luc. 1, 28.

ܒܘܪܟ genu. Rom. 14, 10. Phil. 2, 10. *Emph.* ܒܘܪܟܐ Luc. 22, 41. Act. 7, 6. *Pl. Aff.* Eph. 3, 14. Heb. 12, 12.

ܒܪܟܐ genuflexio.

ܒܘܪܟܬܐ benedictio. 2 Cor. 9, 5. 6. *Aff.* Gal. 3, 14. *Pl.* ܒܘܪ̈ܟܢ Rom. 1, 25 *et* 9, 5 *et* 11, 36. Eph. 1, 3. *et* ܒܘܪ̈ܟܬܐ Rom. 16, 18. Jac. 3, 10. *

[* Item, *donum*, proprie, quod a ſalutantibus more Aſiatico offerri ſolet honoratiori, ad quem aditum petunt, vt in chreſtom. p. 115. cum *fideles* (Barhebraeum adeuntes) *faſciculos argento plenos* ܐܝܟ ܕܒܘܪ̈ܟܬܐ *muneris* (proprie, ſalutationis) *more in manus eius deprimerent:* ſed deinde et latius de quouis munere. Ephr. T. I. p. 68. ad Geneſ. 18. *tantam panis et carnis copiam obtulit, non vt angelorum famem expleret, ſed* ܕܒܘܪ̈ܟܬܐ ܠܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ ܒܝܬܗ ܢܬܠ ܗܘܐ *vt dona domeſticis ſuis omnibus daret.*]

ܡܒܪܟܢܐ benedicens. *Pl. Aff.* Gen. 12, 3.

ܒܘܪܟܐ nitrum. *B B.* ܒܪܟܐ ciuitas parua. *v.* ברך. ܒܘܪܟܐ braccae. Anas. *Nov.* 126.

ܒܪܟܬܐ ܕܝܡܐ Abſynthium marinum.

ܒܛܪܟܘܣ βάτραχος, rana. *BB.*

ܒܪܐ lapis molaris, qui vel maſculinus eſt, vel foemininus. *BB.*

ܒܪܘܠܐ Beryllus. Gen. 2, 12. Exod. 28, 20. Apoc. 21, 20. Cryſtallus, corallium, margaritum, peplum, calyptra, theriſtrum, *nomen commune ſub quo plures olim continebantur gemmae.*

ܒܪܘܠܚܐ vnio. *Pl.* Gen. 2, 12. *Al.* Anthrax. *i. q.* ܒܕܠܚ, *et in India naſcitur. BB.*

ܒܪܡ vinculum.

ܒܪܡ profecto, ſane; tamen; *ſeq. habet* ܐܦ. ܒܪܡ ܕܝܢ veruntamen.

ܒܪܡ *Hinc P. P.* ܒܪܝܡܐ tineis eroſus eſt. *It.* mucidus, qui mucorem contraxit. Joſ. 9, 5. *Maſius Syr. Pecul. Aliter in noſtris. Ethpeh.* ܐܬܒܪܡ tineis eroſus eſt, cariem ſenſit.

ܒܪܡܐ eroſio tineae.

ܒܪܡܬܐ circumductio, contortio. *F. it.* terebra.

ܒܪܘܡܘܣ ſpelta, ſiligo. *BB.* ܡܒܪܡ ſago ſacerdotali indutus, quod Syris dicitur ܒܪܘܡܐ *vid.* ܒܪܡ.

ܒܪܢܟܐ canalis atrii, aſpera arteria. *It.* vitis alba. ܒܪܢܩܣ tela aurea texentium animalia marina.

ܒܪܟܘܣ parui, ae, a. *Gr.* βραχύς.

ܒܪܢܟܐ *et* ܒܪܢܟܝܐ Bronchus.

ܒܪܢܣ zona; corrigia calcei. *BB.*

ܒܘܪܣܝܐ *Gr.* Βυρσεὺς, coriarius. Act. 9, *vlt. et* 10, 6.

ܒܪܣܬܐ rete. *Pl.* ܒܪ̈ܣܬܐ *F.*

ܒܪܘܣܝܣ βρῶσις. *BB.* ܒܪܘܒܢܟܝ Orobanche. *BB.*

ܡܒܪܩܠܦ qui extra locum ſuum agit, aliena tractat. *BB.*

ܒܪܙ ſecuit, ſcidit; fodit, forauit. *BB.* *Aph.* ܐܒܪܙ produxit, oriri fecit, manifeſtauit.

ܒܪܙܐ manifeſtatio.

ܒܪܙܘܬܐ *i. q.* ܒܪܙܘܢܐ fimbria, monile, capiſtrum. Pſ. 132, 2.

ܒܪܩ fulgurauit, corruſcauit. *Part.* Luc. 17, 24. *Aph. Part.* ܡܒܪܩ fulget. Luc. 24, 4. *Pl.* c. 9, 29. ܐܬܒܪܩ fulgidum, glorioſum reddi *Off. Mar.* 292. 462.

ܒܪܩܐ fulgur. Mat. 24, 27 *et* 28, 3. Luc. 10, 18 *et* 17, 24. *Pl.* ܒܪܩܐ tonitrua. Exod. 19, 16. *It.* turres. *BB.*

ܒܪܩܬܐ carbunculus. Exod. 28, 17.

ܒܪܩܐ vlcus. ܒܪܩܐ ܕܫܢܐ ſtridor ſ. ſtupor dentium. *F.*

ܒܪܩܝܐ magus, veneficus. *F.*

ܒܪܩܘܢܐ *i. q.* سام ابرص. *BB.*

ܒܪܩܘܣ Exitus Nili.

ܒܪܩܘܩܐ malus Armeniaca. *F.* *BB.* *i. q.* المشمش.

ܒܪܩܘܩܝܢܘܣ *v.* ܦܪ. ܒܪܦܘܣܣ obliuio.

ܒܪܩܣܝܢ braccae.

ܒܪܩܘܬܐ ſtupor dentium. *F.*

ܒܪܫܐ benedictio. *F.* *Forte legend.* ܒܘܪܟܐ.

[ܐܒܪܫܬܐ *ſuccenſio*, quod Caſtellus ſub Eliph habuit, forte huc referendum, conferendumque cum Chaldaico נברשתא. Dan. 5, 5.]

ܒܪܘܬܐ abies. Iſa. 60, 13. ܒܪܬܐ filia *et* ouum. *v. in* בר.

ܒܪܬܘܠܡܝ Bartholomaeus, *Apoſtolus de tribu Iſſaſchar, vt aliqui putant*, *i. q.* Nathaniel. *BB.*

ܒܫܫܐ ruta ſylueſtris; *et i. q.* ܫܒܪܐ. *B B.*

ܒܫܠ maturuit. Gen. 40, 10. *P. P.* ܒܫܝܠܐ coctus. *Pah.* ܒܫܶܠ coxit, maturauit. Gen. 25, 29. *Ethpah.* ܐܬܒܫܠ coctus eſt.

ܒܘܫܠܐ coctio, puls, polenta, pulmentum. Gen. 25, 29. 34.

ܒܫܝܠܘܬܐ imbecillitas. *F.*

ܒܫܡܝܢ Caramania. *Nouar.* 303.

ܒܫܟܦܢ vulpes. *B B.*

ܒܫܝܢܩܢܢ candelabrum: *conv. c.* שרג. *B B.*

ܒܬ *v.* בית.

ܒܬܠܘܬܐ operimentum arcae. *B B.*

ܒܬܶܠ (*Pah.*) deuirginauit, vitiauit virginem. *Ethpah.* ܐܬܒܬܠ deuirginatus eſt, ſtupratus eſt. Ezech. 23, 3. 21.

ܒܬܘܠܐ, ܒܬܘܠܬܐ virgo. Gen. 24, 16. 1 Cor. 7, 28. Matth. 1, 23. Luc. 1, 27. 2 Cor. 11, 1. *Pl.* ܒܬܘܠܬܢ Mat. 25, 1. *et* ܒܬܘܠܬܐ v. 7, 11. Act. 21, 9. *Af.* 1 Cor. 7, 36. 37. 38. *It.* Virgo, *ſignum coeleſte.*

ܒܬܘܠܘܬܐ virginitas. Luc. 2, 36. 1 Cor. 7, 25.

ܒܬܪ poſt, *praep. It.* contra, aduerſus. *Aff. more Nom. ſingul. habet, vt* ܒܬܪܗ aduerſus eum, Act. 25, 7. Poſteri eius, Neh. 11, 8. ܒܬܪ ܒܬܪ deinceps, ex ordine, ſigillatim. Act. 21, 19. *

[* ܒܬܪܗ ܕܫܢܬܐ non ſimpliciter eſt, *poſt illum* vel *illum annum*, ſed notat annum *proxime inſequentem*, chreſt. p. 53. lin. 6. Eſt elliptica locutio, pro ܒܬܪܗ ܕܫܢܬܐ ܫܢܬܐ. Vide grammat. Syr. § 275.]

ܒܬܪܟܢ poſthaec, in poſterum. Gen. 6, 4. ܕܒܬܪܟܢ ܕܡܢ poſterior, ſubſequens. 1 Pet. 1, 11.

ܓ

ܓ *antiquis in numeris valet* 3.

ܓܓܘܢܬܐ meretrix, moecha. *F.*

ܓܐܘܬܐ *et* ܓܐܝܘܬܐ vtilitas, commodum.

ܓܐܪ̈ܬܐ vinacea femina, acinorum nuclei, oſſicula fructuum.

ܓܓܠܬܐ *et* ܓܓܘܠܬܐ calua capitis, caluaria. Mat. 27, 33. locus rotundus. *F.*

ܓܓܒܐ herbae genus melliferae. *It.* Pix.

ܓܓܘܢܐ pondus praegraue. *F.*

ܓܓܪܬܐ guttur. *Pl.* ܓܓܪ̈ܬܐ Pſ. 5, 10. Rom. 3, 13.

ܓܓܪܢܐ gutturalis. *F.* *It.* auaritia, ingluuies. *B B.*

ܓܘܓܪܐ ruminatio. *F.*

ܓܒܒܬܐ Gabbatha. *F.*

ܓܕܠܘܬܐ neruorum contorſio. *B B.*

ܓܐܝ (*Pah.*) decorauit, magnificum fecit, voluptate affecit, exultare fecit, gaudere fecit, gloriatus eſt, ſuperbiuit, iactauit, oſtentauit ſe magnifice. *Ethpah.* ܐܬܓܐܝ glorificatus eſt, Exod. 15, 1. Iactauit ſeſe, Iſa. 16, 6. *Part.* ܡܬܓܐܝܢܐ iactabundus, ſeſe efferens. Iſa. 2, 12. Eccl. 20, 6.

ܓܐܝ

ܓܐܐ ܓܐܝܐ decorus, decens, glorioſus, magnificus, ſuperbus. Num. 34, 4 *et* 32, 8. Deut. 1, 19 *et* 2, 14 *et* 9, 23. Joſ. 10, 41 *et* 14, 6. 7. *et* 15, 3. *It.* glorificandus, Exod. 15, 1. *Foem.* ܓܐܝܬܐ *Pl.* ܓܐܝܬܐ

ܓܐܘܬܐ decus, magnificentia, gloria, ſuperbia, iactantia, faſtus. Iſa. 9, 9. Eccl. 10, 7. 8. 13. 14. 21 *et* 26, 30. *Aff.* Iſa. 16, 6 *et* 26, 10.

ܓܐܝܘܬܐ Id.

ܓܐܘܬܢܐ ſuperbus, delicatus, glorioſus. *Pl.* ܓܐܘܬܢܐ Eccleſ. 10, 6. 16. 17. 18.

ܓܐܝܐܝܬ magnifice, ſplendide, excellenter. Luc. 16, 19.

ܓܐܘܬܐ deliciae. *Accipitur et in bonam, et in malam partem.*

ܓܐܙܐ Gaza, *Nom. vrbis.*

ܓܐܙܐ ܒܝܬ aerarium, gazophylacium. 1 Reg. 9, 19. *v.* ܓܙܐ.

ܓܐܠܐ Feſtucae. *F. et Maſc.* Pſ. 37, 2. *pro* ܓܠܐ.

ܓܐܠܘܦܐ Simia. 1 Reg. 10, 22. *Maſ. al. in noſtris.*

ܓܐܦܝܢ alis agentes; exenterantes. *v.* גכף.

ܓܐܢܓܪܝܢ gangraena. *B B.*

ܓܐܣܪ latrauit. *F.*

ܓܐܣܛܘܪܝܘܢ Caſtoreum. *B B.*

ܓܐܪ *et* ܓܐܪܐ telum; obeliſcus, nota, qua Origenes veluti iugulabat ea quae LXX de ſuo, ſupra id quod in Hebraeo eſt, reddiderunt. *v.* גרר.

ܓܐܪܘܣܘܬܐ ſuperbia, inflatio. *B B.*

ܓܐܪܝܩܘܢ Agaricum.

ܓܒܒܒ *hinc* ܐܒܓ pernoctauit.

ܓܒܐ latus, pars: clima. Act. 23, 19. *Aſ.* c. 12, 7. ܓܒܐ ܩܕܡܝܐ ܕܐܠܦܐ prora, ܚܪܝܐ puppis. Act. 27, 41. *Pl.* ܓܒܐ ܡܢ ex partibus, ſ. de ſecta. *Troſtius.* Act. 23, 9. * *In nris.* ܓܒܐ.

[* *pars diſputantium* (Parthey) Chreſt. p. 2. l. 13. ܬܪܝܗܘܢ ܓܒܐ *vtraque pars.*]

ܓܘܒܐ fouea, ciſterna. Iſa. 30, 14. *It.* pons. *Pl.* ܓܘܒܐ ܡܢ ܒܚܕ in aliquam foueam. Geneſ. 37, 20.

ܓܘܒܝܬܐ tabula, lignum ſectile, canalis, arundo, fiſtula, *qua extinguitur candela.* *Pl.* ܓܘܒܝܬܐ *et* ܓܘܒܐ 1 Reg. 6, 9. *

[* Quid eſt, ܓܘܒܐ ܕܚܪܝܫܐ ܘܐܡܝܪ Jeſ. 17, 9? Male in Polyglottis vertitur, *ciſterna, quae derelicta fertur.* Aſſemanus in T. II. operum Ephraemi p. 48. in textu Syriaco, *lacum Hores et Amir* vertit, in ipſo Ephraemi commentario, *valles ſaltus et Amir.* Mihi nondum liquet.]

ܓܒܐ elegit; exegit *tributum;* ſuſtulit, remouit, eliminauit. Act. 13, 17 *et* 15, 25. 2 Theſſ. 2, 13. *Part.* 1 Tim. 5, 9. *Pl.* 1 Cor. 16, 3. *Peh.* ܓܒܐ electus, Job. 33, 3. 1 Pet. 2, 4. *Inf.* 2 Cor. 8, 19. *Imp.* 1 Cor. 7, 21. *Pl.* Deut. 1, 13. Act. 6, 3. *Fut.* Phil. 1, 22. *Ethpeh.* ܐܬܓܒܝܘ delecti fuerunt, Deut. 31, 5. *Pah.* ܓܒܝ delegit, ſelegit, ſecreuit, ſequeſtrauit; collegit. Mat. 13, 48. *Part. Pl.* Luc. 14, 7. *Imp.* Mat. 13, 30. *Fut.* v. 28. *Ethpa.* Num. 31, 5. Act. 10, 41. Epheſ. 1, 11. *Part. Pl.* Mat. 13, 40. *Imp.* Iſa. 52, 11. *Aph.* ܐܓܒܝ Id. *Ettaph.* ܐܬܬܓܒܝ electus eſt.

ܓܒܝܐ electus. Act. 9, 25. Rom. 16, 10. *Pl.* Mat. 20, 16. Marc. 13, 20, 22. 2 Tim. 2, 10. *Aſſ.* Marc. 13, 27. Luc. 18, 7. *Foem.* ܓܒܝܬܐ electa, 1 Pet. 2, 9 *et* 5, 13.

ܓܒܝܐ exactor. Mat. 5, 25. Luc. 12, 58.

ܓܒܘܝܐ eligens.

ܓܒܝܘܬܐ electio, ſelectio. Num. 8, 5. *Aff.* Rom. 9, 11. 1 Theſſ. 1, 4.

ܓܒܝܬܐ Id. Rom. 11, 5. 7, 28.

ܓܒܝܬܐ beneficium. Eccl. 20, 15. *Aff. ibid.* *Pl.* ܓܒܝ̈ܬܐ collectae. 1 Cor. 16, 2.

ܓܘܒܐ *et* ܓܘܒܝܐ delectus, ſelectio.

ܓܒܝܬܐ ſepulcrum. ܓܒܐ ܐܠܝܐ Ilia. *BB.*

ܓܒܝܐ cuſtos carceris. ܡܓܒܝܢܐ coagulum. *F.*

ܓܒܗܪܐ Scoria argenti.

ܓܘܒܛܝܐ Aegyptius. *F.* القبطي *BB.*

ܓܒܝܒܐ decorticans, lacerans.

ܓܒܝܒܘܬܐ decorticatio, laceratio. *F.*

ܓܒܠ finxit, formauit, coagulauit, compegit. Gen. 2, 7. 8. Pſ. 33, 15. *et* 95, 5. Rom. 9, 20. Joh. 9, 6. *Ethpeh.* ܐܬܓܒܠ efformatus, coagulatus fuit, Job. 33, 6. 1 Tim. 2, 13. *

[* Aph. ܐܓܒܠ *magnum et robuſtum fecit* cibus. Ephraem, T.I. p. 49. narrat, pumiliones fuiſſe Cainitas ob ſoli ſterilitatem, at Sethitas meliores fructus in cibis habuiſſe, qui ܡܓܒܠܝܢ ܗܘܘ ܓܘܫܡ̈ܐ ܕܪ̈ܒܝܢ ܗܘܘ *magna faciebant creſcentium corpora.* Confer Arab. جَبِل *craſſus.*]

ܓܒܝܠܐ fictus, plaſmatus. *Foem.* ܓܒܝܠܬܐ ficta, plaſmata. *It.* figmentum, plaſma, maſſa. Rom. 9, 20. 21 *et* 11, 16. 1 Cor. 5, 6. 7. Gal. 5, 9.

ܓܒܝܠܘܬܐ fictio, plaſmatio. *F.*

ܓܒܘܠܬܐ fictor, plaſtes. ܡܓܒܠܢܐ coagulatus, *i. q.* ܡܓܒܢܐ *vel pro eo.* ܓܒܝܠܐ

ܓܒܠܬܐ Radix cyclaminis; *al.* arbuſti, *cui nomen* بخور مريم *BB. exp.* عرطنيثا. *v. Avic.* I. *pag.* 229. *lin.* 26. *Ar. Aſſyrii eam vocant* ܓܒܠܠܐ *et* ܡܒܠܠܐ.

ܐܬܓܒܢ (*Ethpeh.*) coagulatus, condenſatus eſt, Pſ. 119, 70. *Aph.* ܐܓܒܢ coagulauit. *F.* ܐܬܓܒܢ *i. q. Ethpe.*

ܓܒ̈ܢܐ plaſmata, in quibus formantur caſei; *it.* electiones. *BB.* ܓܒܘܢܝܬܐ *i. q. Ar.* قالب. *BB.*

ܓܒܝܢܐ ſupercilium, vertex, cacumen. Luc. 4, 29. *Pl. Aſſ.* Pſ. 13, 1. 4. Prov. 6, 4. *It.* coagulatus, *et* coagulum. *F.*

ܓܒܝܢܘܬܐ coagulatio. *F.*

ܓܒܬܐ caſeus; panis, placenta. *Pl.* ܓܒ̈ܢܬܐ *F.* ܓܒܘܢܐ formulae, in quibus fiunt caſei.

ܓܒܣܘܣܩܘܣ ranunculus. *Gr.* γήβοσκον. Allium.

ܓܒܣܘܣܘܣ gypſus. *BB.*

ܓܒܪܐ Labrum fontis. *F.* *Pl.* ܓܒ̈ܪܐ placentae. *BB.*

ܐܬܓܒܪ, ܐܬܓܒܪ conualuit, viguit, viriliter egit, virum ſe praeſtitit: confortatus eſt, roboratus eſt. *Part. Pl.* Eccl. 39, 20, 39. *Imp.* 1 Cor. 16, 13. *Fut.* Iſa. 42, 13.

ܓܒܪ, ܓܒܪܐ Vir. *Filius natus donec a faſciis ſoluitur* ܝܠܘܕܐ *dicitur; dum lactens eſt* ܝܢܘܩܐ, *vsque ad ſeptimum annum* ܛܠܝܐ, *vsque ad duodecimum* ܥܠܝܡܐ, *vsque ad octodecimum* ܒܬܘܠܐ, *vsque ad vigeſimum quintum* ܥܠܐ, *a vigeſimo quinto ad quinquageſimum* ܓܒܪܐ *dicitur, Cat. Patr.* Rom. 7, 3. Act. 13, 7. *pec.* Vir nobilis. Iſa. 5, 15. *Aſ.* Mat. 1, 16. *Pl.* ܓܒ̈ܪܝܢ *et* ܓܒ̈ܪܐ Act. 1, 16 *et* 8, 2 *et* 11, 11.

ܓܒܪܬܐ Virago. *F.*

ܓܒܪܘܢܐ vir paruulus, homuncio.

ܓܒܪܢܝܬܐ virago.

ܓܒܪܬܢܝܬܐ virtute praedita. Prov. 12, 4.*

[* Suſpicor, potius mulierem virilis indolis eſſe. Poſitum pro Heb. אשת חיל, quod ipſe quidem de virtute omnis generis accipio, ſed Syrus forte nimis proprie de viragine ſumſerit.]

ܓܒܪܘܣܐ vir paruulus, homunculus. ܓܒܪܘܣܘܢܐ Id.

ܓܒܪܘܬܐ virilitas, virilis animus, virilia.

ܓܒܪ̈ܘܬܐ virtutes, prodigia. Act. 2, 19. 22. 43 *et* 4, 30 *et* 7, 36 *et* 15, 12. 2 Cor. 12, 12.

ܓܢܒܪܐ Gigas, fortis, potens, robuſtus, ſtrenuus. *Pl.* Gen. 6. 4.* *Foem.* ܓܢܒܪܬܐ *Conſt.* Iſa. 47, 5.

[* Etiam ſideris nomen, Orionis nempe, quam Arabes الجبار *gigantem* vocant, et ſub quo Oriens Nimrodum, *magnum venatorem*, coelo ſacrauerat: Job. 9, 9. 38, 31. Vide Hyde in notis ad tabulas Ulughbeigh inde a p. 44. et quae copioſius de gigante caeleſti, Orione, Nimrodo, in ſupplem. lex. Hebr. ſub כסיל diſputauimus.]

ܓܢܒܪܘܬܐ fortitudo, potentia, robur. *Af.* Pſ. 71, 16.

ܓܒܬܐ Laſer, *B B.* Caſeus. *v.* גבן.

[ܓܓܪܬܐ *guttur*, a rad. ܓܪ *traxit.* Hexapl. Jer. 2. 25. pro Gr. φάρυγξ]

ܓܕܐ fortuna. *Af.* Gen. 30, 11.

ܓܕܝܐ fortunatus, proſper. *F.* Fumus fornacis. Capricornus, *ſignum in Zodiaco. B B.*

ܓܕܝܘܬܐ proſperitas, felicitas.

ܓܕ abſcidit, traxit. * *Imp.* Cant. 1, 3. *Fut.* Gen. 49, 19.

[* Eſtne

[* Eſtne et *ire?* Verſio Philoxeniana Marc. 1, 38. pro ἄγωμεν habet, ܢܓܕ. Plura trahendi verbi Orientalibus fiunt et, *eundi*, *proficiſcendi*, quaſi, ſe trahere, plane vt nos Germani ziehen, wohin ziehen, dicimus.]

ܓܕ Gad. *Nom. propr.* Viri.

ܓܕܐ pecus. *BB.*

ܓܕܕܐ licium, ſtamen. ܓܕܐ ܕܥܟܒܐ tela araneae. Joh. 7, 6. *Pl.* ܓܕ̈ܐ licia, extrema tela quae abſcinduntur.

ܓܕ̈ܕܐ p. m. abſynthium, amaritudines. Job. 9, 18. Prov. 5, 4. Thren. 3, 15, 19. Ezech. 28, 24.

ܓܕܘܠܐ puer reptans, iuuenis. *Pl.* Deut. 32, 25. Jud. 14, 10. *Aff.* 1 Sam. 8, 16. Act. 2, 17.

ܓܕܝܢܐ faliens, aſcendens.

ܡܓܕܝܢܐ aſcenſus, aſcenſio. ܒܝܬ ܡܓܕܝܢܐ locus quo aſcenditur ob metum ignis. *BB.*

ܓܘܕܐ acies militaris, coetus; vter ex corio. *Pl.* ܓܘܕ̈ܐ turmae. Gen. 49, 23.

ܓܘܕܐܝܬ ܓܘܕܐܝܬ turmatim.

ܓܘܕܐ ܕܡܙܡܪܢܐ chorus muſicus. *F.*

ܓܕܘܒܢܐ Faex cuiuscunque rei. *BB.*

ܓܕܝܐ hoedus. Luc. 15, 29. *Pl.* Mat. 25, 32. 33. [Pſ. 50, 9.] *It.* capricornus *Zodiaci.* *It.* faliens, aſcendens; *q. caprae ſaltu delectantur multum, et aſcenſu.*

ܓܕܝܐ aſcenſus. *F.*

ܓܕܠ contorſit, intricauit, implicauit, plexuit. Mat. 27, 29. Marc. 15, 17. Joh. 19, 2.

[ܓܕܠܬ idolum Syriacum Deae: Aſſ. B. Or. T. I. p. 4327, Aſſemanus *textricem* intelligit, i. e. deam, quae textrinae praeſit, aut textrinae inuentricem.]

ܓܕܘܠܐ implicatio, nexus, rete.

ܓܕܠܐ corolla. Iſa. 28, 1. 4. 5.

ܓܕܠܐ *Gram.* flectio, formatio verborum, eius exemplum. *Ioſ. Acur. Gr. p.* 205.

ܓܕܘܠܐ *Pl.* ܓܕܘ̈ܠܐ intorſiones, cincinni, crines intexti, Cant. 1, 10. 11. *et* 7, 5. 1 Tim. 2, 9. 1 Pet. 3, 3. *Aſſ.* Iſa. 3, 18.

ܓܕܝܠܐ flexus, flexuoſus, conſertus. Exod. 28, 14.

ܓܕܝܠܬܐ torques, *F.* Ligaculum femoralium, *BB. Pl.* Deut. 22, 12. Intextae fimbriae.

ܓܕܝܠ ܚܣܝܗ Genus myrti *ita dictae, q. d.* quod ſibi propitiabitur. *BB.*

ܓܕܠܝܐ Gedalia, *q. d.* ܓܕܠܗ ܕܐܠܗܐ maieſtas, excellentia dei. *BB.*

ܡܓܕܠܐ turris. Cant. 7, 4. Mat. 21, 33. Marc. 12, 1.

ܓܕܡ contraxit, abſcidit, amputauit, confregit. *Fut.* 1 Sam. 2, 31. *Pah.* ܓܕܡ Id. Deut. 7, 5. Pſ. 107, 16. *Fut.* Iſa. 45, 2. *Ethpa.* ܐܬܓܕܡ refectum eſt. Jer. 48, 25.

ܓܕܘܡܐ abſcindens, confringens.

ܓܕܝܡܐ abſciſſus, confractus.

ܓܕܡܐ abſciſſio, confractio.

ܓܕܡܘܢܝܐ faex, amurca. *F.*

ܓܕܢܐ *et* ܓܕܢܘܬܐ *v. in* גנ.

ܓܕܢܐ *et* ܓܕܢܐ prominens rupis. Jer. 48, 28. *It.* antes, mutulus lapideus. *Al.* ambitus, corona interraſilis; *al.* podium. *Pl.* 1 Reg. 6, 6 *et* 7, 28. 29. 31. 32. Ezech. 7, 16. *i. q.* الكبش *BB.* *

[* Bar-

[* Barbarum, vt videtur, vocabulum (etymon certe latet) quod cum ſolis Chaldaeis Syri commune habent, ſolentque pro Hebraico מַסְגֶּרֶת ponere. Chaldaeis quidem גרנפא ſine dubio *marginem*, *peripheriam;* et Syriacum Jer. 48, 28. pro Hebraico פי פתח, *orificium oſtii*, ponitur, vbi et *marginem*, *extrema*, non vt coniecerat noſter, prominentem rupem denotare videtur.]

ܓܕܣܡܢ *et* ܓܕܣܡܢ Gethſiman, *Nom. prop. loci.* Mat. 26, 36. Marc. 14, 32. *qs. d.* ܫܡܢܐ ܓܐܬܐ pinguis vallis. *B B*,

---

ܓܕܦ blaſphemauit, maledictis inſectatus eſt. Mat. 26, 65. *Part.* c. 9, 3. Luc. 23, 39. *Pl.* Rom. 3, 8. Jac. 2, 7. *Fut.* Marc. 3, 28. 29. Luc. 12, 10. *Ethpa.* ܐܬܓܕܦ blaſphematus eſt, conuitiis affectus eſt. Rom. 14, 16. *Part.* 1 Cor. 10, 30. Rom. 2, 24.

ܓܘܕܦܐ conuitium, blaſphemia. Mat. 12, 31. Luc. 5, 21. 1 Tim. 6, 4. *Pl.* ܓܘܕܦܐ Marc. 3, 28 *et* ܓܘܕܦܝܢ Mat. 12, 31. ܓܕܦܐ Id.

ܓܕܘܦܐ blaſphemus.

ܡܓܕܦܢ / ܡܓܕܦܢܐ Blaſphemus. 1 Tim. 1, 13. *Pl.* 2 Tim. 3, 2.

ܓܕܪܝܐ Gadoraei; *al.* Agareni, Geraſeni. Pſ. 83, 7. Mat. 8, 28.

ܓܕܪܢܝܬܐ piſcis genus. *F.*

ܓܕܫܐ Lentes. *F.*

ܓܘܕܪܐ incluſio, poſſeſſio. *F.*

ܡܓܕܪܐ Serra; *ita legit F.* 1 Reg. 6, 7. * *vbi noſtra rectius* ܡܓܕܕܐ.

[* Manifeſtum ſcriptionis vitium pro ܡܓܪܐ; Hebr. מגרה, R per errorem in D mutato.]

ܓܕܝܐ conceptaculum aquarum, ſtagnum. *B B.*

ܓܕܫ accidit, contigit. Joſ. 2, 23. Luc. 24, 14. 1 Cor. 14, 11. Gen. 42, 29. *Part.* c. 49, 1. Eccl. 3, 19. 1 Pet. 4, 12. *Fut.* Gen. 42, 4. 38. *et* 44, 34.

ܓܕܫܐ caſus, accidens. 1 Reg. 20, 26. Eccl. 3, 19 *et* 9, 2. 3. * aceruus, congeries. Job. 21, 32.

[* ܐܝܟ ܓܕܫܐ *caſu, forte, fortuna.* Chreſt. p. 105. lin. 1.]

ܓܕܝܫܐ aceruus *tritici, vel aliarum frugum.* Job. 5, 26. *Pl.* Exod. 22, 6.

ܓܗ *et* ܓܝ γῆ, terra.

ܓܗܐܪܝܛܪܝܐ Terra Eretria. *Dioſc.* V, 171.

ܓܗܐܡܦܠܝܛܝܣ γῆ ἀμπελῖτις. *Gorr. Def. Med. p.* 130. *Dioſc.* V, 181. *Avic.* I, 185. 14. *Ar.*

ܓܗܐ, ܓܘܗܐ aurora, mane, diluculum. *F.*

ܓܗܐ euaſit, elapſus eſt, fugit, declinauit, receſſit, ſedatus eſt. *Aph.* ܐܓܗܝ Id. *it.* ceſſauit, requieuit, illuxit. *Fut.* Job. 18, 5. *it.* liberauit. *Ethpah.* ܐܬܓܗܝ liberatus eſt.

ܓܗܐ momentum, tempus cito tranſiens.

ܓܗܝܐ *et* ܓܗܝܬܐ fuga, effugium, diſceſſio, deſitio, declinatio, receſſus; libertas. Pſ. 53. *t.*

ܡܓܗܝܢܘܬܐ exhilaratio, quies. Fuga, effugium. *F.*

ܓܗܓܪܣ Milium.

ܓܗܝܐ libidinoſus, ſalax; *pec. dicitur de hominibus.*

ܓܗܝܘܬܐ libido, ſalacitas. *F.*

ܓܗܠܒܢܝܬܐ prouentus. B B.

ܓܗܢ procubuit, recubuit, inclinatus eſt, incuruatus eſt. *Ethp.* ܐܬܓܗܢ Id. 1 Reg. 18, 42. 2 Reg. 4, 34. 35. Marc. 1, 7. [Joh. 8, 6. 8.] *Pah.* ܓܗܢ Id. *Part. Pl.* Job. 24, 10.

ܓܗܢܐ

ܓܗܝܢ / ܓܗܝܢܐ inclinatus, procumbens. Eccl. 38, 33. *Sever. lib. Rit.* p. 43.

ܓܗܢܐ ܓܗܝܢܘܬܐ inclinatio, inflexio.

ܓܗܢܐ *et* ܓܗܝܢܐ Gehenna. Mat. 5, 22. 29. 30 *et* 10, 28 *et* 18, 9 *et* 23, 15. 33. Marc. 9, 43. 45. 47. Luc. 12, 5.

ܓܗܢܘܣ γένος, genus.

ܓܗܪ caligauit. *Aph.* ܐܓܗܪ perſtrinxit aciem oculorum. *Ethtaph.* ܐܬܓܗܪ perſtrictus eſt *oculis.* Obfuſcatus eſt. *F.*

ܓܗܪ apertis oculis nihil videns. Lev. 21, 20. Orbatus, Eccl. 3, 25.

ܓܗܪܐ *et* ܓܗܪܘܬܐ caligatio; *pec. illius inſtar, qui ſolem vel niuem acriter intuetur.*

ܓܗܘܪܐ caligans.

ܓܗܪܢܝܘܢ Geranium.

ܓܗܪ *et* ܓܗܪܢ ſuffuſio, cataracta in oculo. *B B.*

ܓܗ *et* ܓܗܐ *v.* גהה.

ܐܓܗܒ reſpondit. *Ethpe.* ܐܬܓܗܒ reſponſum eſt. Iob. 4, 12.

ܡܓܗܒܐ reſponſus.

ܓܗܘܒܐ reſponſio, reſponſum. ܡܓܗܒܢܘܬܐ Id.

ܓܗܒܐ domus ampliſſima *ante idola exſtructa inquit F.* * Vmbraculum, tabernaculum, templum. *c.* ܒܝܬ *praeced.* Ezech. 16, 24. *et abſque.* *Fl. ibid.* v. 31. 39.

[* Hoc vnde Ferrarius ſumſerit, non expedio. Ephraemus Syrus, quem ab illo lectum eſſe vix ſuſpicor, aliquid ſimile ad Ezech. 16, 26. habet, ſed aliud vocabulum, ܓܒܝܐ pro ܓܗܒܐ, legens explicansque. ܐܠܗܘܬܐ ܕܦܬܟܪܐ ܒܝܬ ܗܘ ܓܒܝܐ ܕܐܠܗܐ ܠܗ ܒܢܝܬܝ ܘܒܢܝܬܝ ܠܗ ܥܠ ܟܠ ܫܘܩܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܠܒܝܬ ܓܒܝܐ ܕܡܢܗ ܘܬܘܒ ܡܬܒܢܐ ܡܕܒܚܐ ܠܗܘܢ

 aediſicaſti

aedificaſti tibi aedem furum: i. e. *aedem idolorum auidorum, furantium, et auferentium, quae tibi, vt ſupra dictum, donaui.* Iam ergo Ephraemi commentarius alio de vocabulo agens, nihil ad noſtrum.

Mihi quidem ܓܘܒܐ idem eſſe videtur, quod Arabicum جَيْب *ſinus*, et ܒܝܬܐ ܕܓܘܒܐ *domus ſinuata*, vel, *arcuata*, *fornix meretricum.* Vide de Hebraico vocabulo diſputata in ſupplementis ad lexica Hebr. Num. 315. II, 4. vbi et Syriacam verſionem attigimus.]

ܓܘܒܝܬܐ inclinatio; celer inceſſus; aduentus noctis cum ingruit; *i. q.* ܓܘܫܝܬܐ *B B.*

ܓܘܒܐ *et* ܓܘܒܬܐ *v.* גבא *et* גבב. ܓܘܒܐ pons ligneus. *Nov.* 392.

ܓܘܓܝܐ cogitatio, muſſitatio.

ܓܘܓܝܬܐ canalis, aut quid ſimile. *Maſ.*

ܓܘܓܝܐ *et* ܦܘܓܓܝܬܐ aranea. Iob. 8, 14. Pſ. 90, 9. * *caret Pl.*

[* Adde et Job. 27, 18. vbi licet male pro עש poſitum, (quod forte Syro compendium ſcriptionis viſum eſt pro עכביש) Arabs tamen in Iobo ſequutus, عنكبوت *araneum*, interpretatur, irrefragabilis ſignificationis Syriaci nominis teſtis. Nominis etymon latet, nec habet alia praeter Syriacam lingua Orientalis, ne Chaldaica quidem. Coniecturae locus ſi detur, permutatione litterarum eiusdem organi ortum videri poſſit a كزّ *puſillus, timidus*, et in quinta, تكزّز *in ſe contractus fuit*, vnde et كُزَّى *pumilio.* Nempe araneus valde timidum animal, ipſo timore ſe in ipſum contrahens et conuoluens, ac mortuum etiam ſimulans.]

ܓܘܓܐ gemitus. ܦܓܘܓܐ Vagiens. *F.*

ܓܘܕܐ vter, vtris. Eccl. 18, 8.

ܓܘܕܐ turma, congregatio. *v.* גדד.

ܓܘ medium, pars intima, penetrale. *Aſ.* Deut. 3, 16. Cant. 3, 10.

Mat.

Mat. 23, 26. Luc. 19, 44 *et* 21, 21 *et* 24, 32. ܡܢ ܓܘ intus, intrinſecus. Mat. 7. 15. Marc. 7, 21. Rom. 7, 22. Heb. 6, 19.

ܓܘܝܐ interior, intimus, penetralis. 1 Reg. 6, 27 *et* 7, 50. Act. 1, 18. *et* 16, 24. Heb. 9, 3. *Foem.* ܓܘܝܬܐ 1 Reg. 6, 36 *et* 7, 12.

ܓܘܝܐ venter. * *F.*

[* Potius, *viſcera.* Vide Act. 1, 18. vbi pro ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, Syrus habet ܐܫܬܦܟܘ ܟܠܗ ܓܘܝܗ, exque illo Arabs Erpenii, احشاءه *viſcera eius.* Literam F. infelicis nominis Ferrarii initialem, ſuſpectam habere diſcant lectores, vbi ſine exemplo probante ponitur. ܕܡܕܝܢܬܐ ܓܘܝܐ *incolae ciuitatis.* chreſt. p. 51.]

ܓܘܣܐ intima pars, conclaue, penetrale. *F.*

ܓܘܐ commune, communitas, Act. 2, 44 *et* 4, 32. Tit. 1, 4. *cc.* ?

ܓܘܢܝܐ communis, generalis, vniuerſalis. * *Foem.* ܓܘܢܝܬܐ Pſ. 150. *t.*

[* e. g. ܐܒܕܢܐ ܓܘܢܝܬܐ *commune* totius fere Aſiae *exitium.* chreſt. p. 81. ima.]

ܓܘܢܝܘܬܐ generalitas. *B B.*

ܓܘܢܐܝܬ communiter, vniuerſaliter, in vniuerſum, in genere. Mat. 6, 47. *t.* Act. 6. *t.*

ܓܘܐ pila luſoria; pila ventoſa, follis luſorius. *F.*

ܓܘܬܐ *i. q.* الجماعة. *B B.*

ܡܓܘܝܐ particeps conſiliorum, ſecretarius, intimus, penetrans ſeſe in viam; inſinuans ſe in opus. *F.*

ܡܓܘܝܢܘܬܐ communicatio conſiliorum. *F.*

ܓܙ conſumtus eſt, defecit, tranſiit. Jer. 6, 1 *et* 7, 28. *Part.* Iſa. 58, 11. Luc. 12, 33. *Pl.* ܓܝܙܝܢ Iſa. 58, 11. *Fut.* Iſa. 15, 6 *et* 19, 5. 6. *Ethp.* ܐܬܓܙܙ Id. *Aph.* ܐܓܙ conſumſit, extinxit. *Fut.* Hoſ. 9, 12. *Pah.* ܓܙܙ imminuit, orbauit, exhauſit *potum; it.* ſterilis fuit.

Gen. 31, 38. *Fut.* Lev. 26, 22. Deut. 32, 25. Iſa. 32, 6. *it.* totondit. *Ethpa.* ܐܬܓܙ deſtitutus, leuis, paucus fuit.

ܓܘܙܬܐ priuatio, ſterilitas.

ܓܘܙܐ nux, *arbor et fructus.* *Pl.* Cant. 6, 10. ܓܘܙܐ ܕܒܣܡܐ nuces myriſticae, nuces vnguentariae. ܓܘܙܐ ܗܢܕܘܝܐ nuces Indicae. ܓܘܙܐ ܡܠܟܝܐ glandes, nuces Baſilicae. *F.* ܓܘܙܐ ܕܗܩܒܠܐ nux vomica. ܓܙܐ caeſura, ſectio. ܓܙܐ attonſus, imminutus.

ܓܝܚ fudit, effudit, exundauit, erupit *aqua.* * *Ethpe.* ܐܬܓܝܚ exundatus eſt. *Aph.* ܐܓܝܚ inundauit, *tranſitiue.* Soluit, Job. 38, 8. Turgefecit. ** *Part. Pl.* ܡܓܝܚܝܢ Dan. 7, 2.

[* Eſt et, *ex vtero erumpere,* prorſus vt Hebraicum verbum Iob. 38, 8. Ephraemus Tom. I. pag. 63, narrat, Abrahamum credidiſſe, ܕܡܢ ܡܪܒܥܐ ܕܣܪܐ ܡܝܬܐ ܥܬܝܕ ܕܢܓܝܚ ܘܢܦܘܩ ܠܥܠܡܐ ܒܪܢܫܐ *ex Sarae vtero mortuo erupturum et egreſſurum mundum aliquem hominum.* Ergo et linguae felicitate in Iobi, quem vix dum dixi, loco, Syrus retinuit Hebraicum verbum, ܐܓܝܚ ܡܢ ܡܪܒܥܐ ܘܢܦܩ / pro quo Arabs, eum interpretatus, اطلقه من الرحم *ſoluit ex vtero.*]

[** Non probata certo exemplo ſignificatio.]

ܓܝܚܬܐ abundantia. Neceſſitas *BB.*

ܓܝܚܘܢ Gihon, *nom. fluuii.* Gen. 2, 13.

ܓܘܚܐ terrae motus.

ܓܝܚܘܢܐ abunde effundens. *Off. Mar.* 387.

ܓܚܠ miſertus eſt, protexit, exundauit. * Gen. 43, 30. *Off. Mar. p.* 161. *Aph.* ܐܓܚܠ abiecit, reiecit. *Ethp.* ܐܬܓܚܠ *et* ܐܬܓܚܠ ſeiunctus, abiectus, reiectus eſt.

[* Multa hic turbata, Gabrielis quidem Sionitae culpa, Syriacae verſionis in Polyglottis Pariſienſibus editoris, latinique eiusdem interpretis.

terpretis. Primo enim ne certum quidem eſt, loca citata ad hanc radicem referenda eſſe (equidem malim ad גלל, deinde tertia ſignificatio, *exundauit*, pene ſine dubio falſa.

Pro נכמרו רחמיו אל אחיו Gen. 43, 29 (Syr. v. 30.) *dolebant ei viſcera ob fratrem ſuum*, Syrus habet, ܓܠܘ ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܥܠ ܐܚܘܗܝ quod Gabriel Sionita, puncta ex ſuo addens ingenio, edi curauit, ܓܠܘ ad rad. גול referens, cum poſſit aeque bene et ܓܠܘ (a גלל) ſcribi. Hoc quidem poſterius vix dubitans praetulerim: lingua prope eadem cum Syro, Aramaea, vſus Chaldaeus, vertit, אִתְגּוֹלְלוּ רַחֲמוֹהִי עַל אֲחוּהִי *commouebantur*, ſeu potius, *conuoluebantur viſcera eius ob fratrem ſuum*; expeditiſſima ſententia. In magno dolore ipſa conuolui viſcera videntur. Quidni ergo et Syrum eodem modo accipias, verbo modo ܓܠܘ aut intranſitiue vſum, aut reciproce, *conuoluebant, contorquebant ſeſe?* — Proxime ab his, quae dixi, abeſt Editor operum Ephraemi, qui T. I. p. 98 et in textu Syriaco habet, ܓܠܘ et vertit, *commota autem ſunt viſcera Ioſeph ſuper fratre ſuo.*

Iam et vides, quod Caſtellus habet, *miſertus eſt*, rem ipſam ſi ſpectes, verum eſſe: conuoluuntur vel commouentur viſcera, vbi valde miſeremur. Suum, *protexit*, vnde ſumſerit, ignoro: forte eſt periphraſticum, quod Maria, vbi noſtrum miſeretur, nos protegit. Sed nihil certi dico, quod ipſum ab eo citatum librum inſpicere nequeo.

Tertium vero, *exundauit*, totum eſt Gabrielis Sionitae, qui Syriaca Geneſ. 43. latine vertit, forte de גַּלִּים fluctibus cogitans (ſed vel ſic ܓܠܘ edere debuiſſet) *exundauerat enim ipſius clementia erga fratrem ſuum.*

Sumſi, ܓܠܘ ſcribendum eſſe: poſſit tamen et ܓܠܘ verti, *commota ſunt viſcera.* Vide quae de verbo גלל in ſupplementis lexic. Hebr. diximus. Sed prius, vix dubitans, praefero.]

ܓܘܠܠܬܐ cucullus. *F.* paenula. *Nov.*

[ܓܠܐ ſeu pluraliter ܓ̈ܠܐ edidit, latineque *teſtudines* vertit, Gabriel Sionita in Polygl. Hoſ. 12, 12. Teſtudinem vnde arripuerit,

 non

non iam vacat inquirere; ipſe forte ignorabat, coniectura vti ſolitus, quae prima ſe offerebat. Abſurda ſententia, quam Syro obtrudit: *altaria veſtra ſunt quaſi teſtudines in campo terrae incultae.* In Hebraico eſt, גַּלִּים, corrige ergo Syriacas vocales, ܓܠܐ, et verte, *vt acerui in agris incultis.*]

ܡܓܝܢܐ elatus.

ܡܓܝܢܘܬܐ elatio: abiectio, reiectio. *F.*

ܓܘܡܐ lilium ſylueſtre; faba. *Pl.* 2 Sam. 17, 28. Ezech. 4, 9. *Al. Gr.* θέρμος, lupinus. *It.* ܓܘܡ̈ܐ ܡܪܝܐ 4. oboli, ܬܪܝܢ ܓܘܡ̈ܐ duo oboli, ܓܘܡ̈ܐ ܠܟܠܡܪܝܢܐ 3. oboli. *BB.*

ܓܘܡܐ amputatio, exciſio.

ܓܘܡܝܐ tonſor.

ܓܘܡܝܘܬܐ tonſura, abraſio.

ܓܘܡܝܐ puteus, fons. *Off. Mar. p.*473.

ܓܘܡܐ ܡܪܝܬܐ Gummis Arabica.

ܓܘܢܐ ܓܘܢ ܓܘܢ color: ſpecies. 1 Par. 12, 8. ܓܘܢ ܣܡܩܐ color caeruleus. *Verb.* ܐܬܓܘܢ coloratus eſt.

ܡܓܘܢܝܘܬܐ communicatio conſiliorum. *F.*

ܓܘܢܐ angulus. *v.* גנא. ܓܘܢܝܐ generalis. *v.* גנה. ܓܘܢܝܐ ܚܪܝܦܐ ang. acutus. ܓ̈ ܦܫܝܛܬܐ ang. planus. ܓ̈ ܬܪܝܨܬܐ ang. rectus.

ܓܘܢܝܐ ouis.

ܓܘܢܝ γονή, ſemen viri. *B B.*

ܓܘܢܝܐ querela, calumnia.

ܓܘܢܝܐ hirquus. ܓ̈ ܪܒܬܐ h. magnus ſ. interior oculi, qui iuxta naſum. ܓ̈ ܙܥܘܪܬܐ h. paruus, qui iuxta tempora. *Gr.* γωνία. *B B.*

ܓܘܢܝܢ

ܓܘܓܠܝܢ *et* ܓܘܓܠܝܣ γογγύλη, rapa.

ܓܘܣ magno ſtudio et animo conari. *Maſ. pec. unde Par:* ܓܘܣܝܢ conantur. Pſ. 94, 4. *Er. noſtra.* ܓܘܣ *Ethpah.* ܐܬܓܘܣ confugit, refugium habuit. Act. 14, 6. Heb. 6, 18. Militauit. Tumuit, ſuperbiuit, confidentia quadam exultauit. *Maſ.*

ܓܘܣܐ refugium, ſpes, anchora. *F.* ܓܘܣܣܐ idem.

ܓܘܢܚ *vid.* ܓܢܚ.

ܓܘܗ Ohe, *interiectio contemnentis et faſtidientis.* Eccl. 13, 26.

ܓܘܕܐ Pugio. *F. Male puto; in B B. vertitur* ܟܚܝܣ *c.* ܟ *punctato, h. e.* Scolymus, *i. q.* Hharſiaf, *de quo v. Avic.* I. 176. 40. *Hoc Fer. interpretatur per Cha; eſt nempe* ܚܢܓܪ Pugio.

ܓܘܕܐ cauda ouilla nondum ſalita.

ܓܘܠܬܐ collectio uvarum, *vel* oliuarum. Spicilegium. Racematio. *F.*

ܓܘܦ piſcatus eſt, venatus eſt. *Ethpa.* ܐܬܓܘܦ clauſus, occluſus, obſeratus eſt. *Fut.* Neh. 7, 3.

ܓܘܦܐ rete, ſagena. Hab. 1, 15. 16.

ܓܘܦܐ auis rapax.

ܓܘܦܬܐ pictura, effigies. *F.*

ܟܘܪܣܐ quaternio chartarum.

ܟܘܪܣܝܐ cathedra, ſedes, thronus, ſolium. Gen. 41, 40. Matth. 5, 34.
Pl. ܟܘܪ̈ܣܘܬܐ c. 21, 12. Marc. 11, 15.

ܟܘܪܣܬܐ bulga viatoria, mantica, pera.

ܟܪܣܒܢܐ culmi, *vel* faſciculi lini *ſeu* cannabis, faſces ſarmentorum. Joſ. 2, 6.

ܟܪܣܘܥܐ iunctura manus *vel* pedis, cubitus, iunctura brachii.

ܟܪܣܛܝܢܐ Chriſtianus. *Pl.* Pſ. 23. *t.* Act. 11, 26. *Off. Mar.* 456.

ܟܪܣܛܝܢܘܬܐ Chriſtianiſmus, religio Chriſtiana.

ܐܬܟܪܣܛܝܢ Chriſtianus factus eſt.

ܟܪܣܛܝܘܢܐ ſtatera magna.

ܟܪܣܘܦܪܣܝܘܣ Chryſopoſius. Apoc. 21, 20.

ܟܪܘܣܩܘܠܐ, ܟܪܣܩܘܠܐ Scobs; *forte* Chryſocolla.

ܟܘܪܣܬܐ inuentarium. Ref. ad ܟܪܐ.

ܟܪܣܘܠܝܛܘܣ Chryſolithus. Apoc. 21, 20.

ܟܪܘܣܛܘܦܣܝܣ *i. q.* *Ar.* [illegible] *BB.* Ciſta quatuor pedes habens.
Nov. 207.

ܟܪܥܐ crus, tibia; *Pl.* Exod. 12, 9. Zach. 11, 16. *it.* coris. *Dioſc.* III. 174.

ܟܘܪܦܣܐ aſpis, vipera.

ܟܪ̈ܦܬܐ ſcruta.

ܟܪܦܣܐ Apium paluſtre; Petroſelinum.

ܟܪܦܣܬܐ *i.q.* ܟܪܦܣܝܢܐ. *BB.*

ܒܟܪ̈ܦܐ in tabulis. 3 Macc. 4, 8. *Armach; noſtra* ܟܪ̈ܦܐ.

ܟܘܪܫ כּוֹרֶשׁ *vr. i.q.* كيخسرو *ap. Emirchond* Cyrus, Iſa. 44, 28. 45, 1. Cyrum *Perſae* Solem *vocant*, *Plutarch. Artaxerx. vide Skick. Taric. Prooem.* 45. *v. Abulphar.* 82.

ܟܪܫܐ liguſticum; *it.* odoramenti genus.

ܟܪܫܬܐ *et* ܟܪܫܬܐ cingulum, taenia; *v.* ܩܠܡܣܘܪ.

ܟܪܬܐ *Pl.* ܟܪ̈ܘܬܐ pollex * Exod. 29, 20. Levit. 8, 23. 24. Jud. 1, 6. 7. 1 Reg. 12, 10. 2) digitus minimus. * *BB.*

[* De ſignificatione dubitari poſſit, ipſo Caſtello contraria adferente *pollicem*, vt 1 Reg. 12, 10 *digitum minimum*, qui certe a ܟܪܐ *breuis fuit*, ܟܪܬ *decurtauit*, ita dici potuiſſet. Vtrumque fecit, Gabrieli Sionitae obſequioſus, qui ſic vertit, prout Hebraicum בהן, pro quo poſitum ܟܪܬܐ, intelligebat. Ergo ſupplementa lex. Hebr. ſcribens de vocabulo Syriaco dubitaui. Sed iam me certiorem facit Bar Ali, quem tum ex bibliotheca nanciſci non poteram, plane *pollicem* interpretatus: الابهام من الاصابع *pollex ex digitis.* Eſt et ei idem etymon aptum, reliquis digitis breuiori. Ergo digitus minimus, repudiandus videtur. Vix putem, vtrumque digitum, natura diuerſiſſimum, eodem nomine vocari: Barbahlul a Caſtello citatus quid habeat, ignoro, vix tamen ea illi auctoritas, vt duas contrarias maxime ſignificationes nomini tribuamus. Caeterum non ad ܟܪܬ, ſed ad ܟܪܐ referendum vocabulum fuiſſet, formae ܡܚܘܬ. Vide gramm. Syr. p. 180. Argumento eſt quod in plurali habet ܟܪ̈ܘܬܐ.]

ܟܪܬܐ *i. q. Ch.* קרש porrus, i. Num. 11, 5. *

[* Arabicum كُرّاث, ſeu, vt ab Arabe Erpeniano ſcribitur, كُرّات *porrum*, ibidem, i. e. Num. 9, 5. Chaldaeorum כרש.]

ܟܪܬܐ ܐܓܪܬܐ chirographum. * [* Vide et ſupra ܟܫܪܬܐ ſub ܟܫܪ p.412.]

ܟܘܪܙܬܐ acor, acredo.

[ܟܫ in Aphel ܐܟܫ *abegit*, verberibusne, an ſtridore ac ſono, an agitatione, *aues*. Geneſ. 15, 11. *deſcendebant aues*, ܘܢܚܬܝܢ ܗܘܘ *et abigebat illas Abrahamus.* ܘܡܟܫ ܠܗܘܢ ܐܒܪܗܡ Samaritanis כשש eſt *percutere*, Thalmudicis *motitare*, Arabibus كسّ *contundere*, et كشّ *ſonum edere*, vt, cum vipera pellis motu ſonum edit. Haec adieci omnia, quod verbum Syriacum adhuc dubium.]

ܟܫܐ ſtruxit, congeſſit, accumulauit, colligauit, in faſciculos compegit. Lev. 1, 7. 6, 12. Jud. 15, 16. Ruth 3, 2. 1Reg. 18, 33. 2Reg. 10, 9. Sap. 18, 23. Mich. 1, 6. *Pah.* Id. *Ethpe. Paſſ. praeced. BB.*

ܟܫܬܐ *i. q. Ar.* مكبّس.

ܟܫܬܐ coaceruatio. ܟ ܕܩܝܣܐ ſtrues lignorum. Jud. 9, 49. 15, 16.

ܟܫܫܐ cumuli. 1 Maccab. 11, 4.

ܟܫܘܬܐ Helxine; Colocynthis.

ܟܫܐ horrea. *BB.*

ܟܫܒܐ *i. q. Ar.* كسب, quaeſtus, lucrum.

ܟܫܘܫܒܐ Orobus.

ܟܫܘܫܐ carthamum, cnicus agreſtis; *Alchym. i. q.* ܕܟܒܪܝܬܐ ܢܘܪܐ *BB.* Galla. *F.*

(ܟܫܛ) *Aph.* ܐܟܫܛ ſagittauit; *conuenit cum* ܩܫܛ. *Ethpe. Paſſ. praec. Off. Mar. 375.*

ܟܫܛܐ

ܟܫܬܐ Arcus, *pec. in zodiaco;* ſagittarius, *ſidus, et qui ſagittas emittit.**

[* Manifeſtum literas hic כ et ק, ת et ט confuſas eſſe, ſegneſcente lingua, Hebraeis קשת arcus eſt, ad quod primitiuum haec referenda.

Sed addenda hic alia, in quibus eadem mutatio literae ק in כ accidit:

ܟܘܫܛܐ *veritas* in libris Sabiorum, id vero eſt, Galilaeorum, imperite et loquentium et ſcribentium: vide Norberg. de relig. Sab. p. 23. lin. 7. Eſt Hebraicum קשט. Hinc]

[ܟܫܝܛ *verax.* ibid. p. 22.]

ܟܫܒܪ Nomen Regis, *Nov. 302. quae profert Arab.* طابك *BB. vide* ܟܘܫܒܪ.

ܟܘܫܒܪܐ panis furfuraceus.

ܟܫܠ *Ethp.* ܐܬܟܫܠ impegit, offendit. Mat. 15, 12. 11, 6. 13, 21. 57. *poſt.* 2) iratus eſt. 3) ſciſſus eſt. *BB.* *Aph.* ſcandalizauit, Matth. 18, 6. *Part.* c. 5, 29. 30.*

[* Vide copioſius exempla collecta, vbi eſt, *aliqua re* (iure an iniuria) *offendi, ideoque ſocietatem reſcindere,* in *Abhandlung von der Syriſchen Sprache* § 10.]

[ܟܫܝܠ *iratus.* Chreſtom. p. 96.]

ܟܫܠܐ offendiculum. Gal. 5, 11. I Pet. 2, 8. 1 Joh. 1, 10.

ܡܟܫܘܠܐ Id. Rom. 9, 33. *Pl.* c. 16, 17.

(ܟܫܡ) ܟܫܡܐ ܕܫܘܫܡܐ ramuli ſeſamini.

ܟܘܫܢܐ Orobus. 2) *i. q. Ar.* كرسنان *BB.* auena ſ. piſa.

(ܟܫܦ) *Ethp.* ܐܬܟܫܦ ſupplicauit, deprecatus eſt, *cc* ܠ. Gen. 42, 21. Deut. 3, 23. Job 8, 5. 9, 15. 19, 16. 35, 14. 2 Reg. 1, 13. Pſ. 141, 2. Liturgias celebrauit, rem diuinam fecit, ſacra peregit. Actor. 4, 31. 13, 2. *it.* proiecit *ex arcu.* BB.

ܟܘܫܦܐ

ܟܘܫܦܬܐ ſupplicatio, deprecatio.

ܟܘܫܦܐ, ܟܘܫܦܬܐ tapetum, ſtratum, lodix.

ܬܟܫܦܬܐ *i. q.* ܟܘܫܦܐ Heb. 5, 7. Pſ. 141, 3. *Off. Mar.* 303. gratia, Joſ. 11, 20.

ܡܬܟܫܦܢܐ deprecator, ſupplex.

ܡܬܟܫܦܢܘܬܐ *id. q.* ܟܘܫܦܐ *Sev. l. Rit.* 23.

ܟܘܫܦܘܪܛܢ *i. q. Ar.* الكشكج *BB.* Gol. 2402.

ܟܫܪ proſperatus eſt. *Pah.* fortunauit, proſperauit. *Aph.* lucratus, ditatus, proſperatus eſt, proſpere egit. 2 Par. 13, 12. 24, 20. 31, 21. Eccl. 11, 6. Jer. 10, 21. *Ethpa.* Id. *

[* Proprie, *rectus fuit*, idem, vt videtur, quod ישר, literarum palatinarum permutatione. Vide lexica Chaldaica et Hebraica.

In Ethpaal et Aphel etiam moraliter ponitur, de morum emendatione: in Aſſ. bibl. Or. T. I. p. 229. Iſaacus Magnus orationem ſic orditur: *in medio pacis* ܐܟܫܪܢ ܠܐ *non emendauimus mores, iam in regione ethnicorum* ܢܟܫܪ ܡܢ *quis emendabit?* Vide quae ibi ſequuntur. Ephraem. Syr. T. III. (paginae iam non recordor) *dum hic eſtis* ܐܬܟܫܪܘ *emendamini poenitentia.*]

ܟܫܝܪܐ magiſter. 2) beneficus. Eccl. 18, 18.

ܟܘܫܪܐ, ܟܘܫܪܐ proſperitas. Eccl. 4, 4. *poſt.* 2) commodum. Eccl. 38, 35.

ܟܫܝܪܘܬܐ proſperitas. Pſ. 68, 7. Solertia, Prov. 31, 19. Eccl. 2, 21. Strenuitas, c. 10, 17.

ܟܫܝܪ, ܟܫܝܪܐ proſperus, fortunatus. Prov. 6, 11. Solers, c. 10, 4. Vtilis, Eccl. 5, 10. Generoſus, c. 13, 7. f. ſedula. Prov. 31, 10.

ܟܫܘܪܐ trabes *ita ordinatae vt per eas lux tranſeat; ſec. Honain Ar.* كشاب.

ܟܘܫܪܬܐ zea.

ܟܫܪܬܐ Chamaeleon. *BB.*

ܟܬ, ܟܬܐ *Pl.* ܟܬ̈ܐ frumentum voluntarium, ſponte naſcens. Lev. 25, 5. 11. 2 Reg. 19, 29. Iſa. 37, 30. * [* Nota

[* Nota et phraſin, Jer. 37, 30. 2 Reg. 19, 29. viam ܟܬ ܟܬܐ *ex ſponte renaſcentibus renaſcens*, שחיס. Non videtur ad radicem ܟܬܬ, ſed ܟܘܬ referendum comparandumque Arabicum كُوتِيّ *parvus*, *pumilio*. Nempe ſine ſemine renaſcens frumentum quotannis minora grana effert, minores ariſtas. Vide Supplem. lex. Hebr. ſub שחיס. Eſt ergo, ſecundo anno ſine ſemente renaſcens, Syris, *minus*, tertio anno inde renaſcens, *minus minoris*.]

[ܟܬܝܐ Nomen geographicum, duplicem ſignificationem habens: 1) antiquam, ܟܬܝܐ *Macedones*. Sic Dan. 11, 29. 30. in Syriaca verſione lectum accepit, ex conſueto linguae vſu, Ephraemus T. II. p. 229. itemque Num. 24, 24. vbi T. I. p. 261. adſcribit: *deſignat Antiochum ex Alexandri ſucceſſoribus*. In primario tamen loco 1 Macc. 1, 1. non hoc nomen poſuit Syrus, ſed Hebraicum כתים interpretatus eſt ܡܩܕܘܢܝܐ. 2) forte et *Cyprum inſulam*, Jerem. 2, 10. ſi ſingulariter legas inſulae nomen, ܥܒܪܘ ܠܓܙܪܬܐ ܕܟܬܝܐ. At pluraliter habent Polyglotta, ܠܓܙܪܬܐ ܕܟܬܝܐ *tranſite ad inſulas Chetaeorum*, idque Ephraemus interpretatus eſt, ܗܢܘܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܒܡܥܪܒܐ ܕܐܪܥܐ ܕܡܘܠܟܢܐ *quae ſunt ab occidente terrae promiſſionis*. 3) recentiorem apud Abulpharagium aliosque Syrorum hiſtoricos, *Sinenſes*. Ipſum regionis nomen ܟܬܐܝܐ *Chataja*, vel ܟܬܐ *Chata*. Vide Aſſemani B. Or. T. III. P. II. p. 502 ſqq.

Vide de his ſupplementa lex. Hebr. ſub כתים.]

ܟܬܐ *i. q.* ܟܬ Job 14, 19. 2) lutum; puluis terrae. *BB.*

ܟܬܒ ſcripſit, prae- con- in- reſcripſit. 2 Reg. 17, 37. *Ethpe.* ܐܬܟܬܒ ſcriptus, deſcriptus eſt. Rom. 15, 4. 2 Tim. 3, 16. *Aph.* ܐܟܬܒ conſcripſit, ſcribere fecit. Luc. 1, 1.

[ܟܬܒ *ſcriptor*, nominaliter, *auctor libri*. Chreſt. p. 9.]

ܟܬܒܬܐ, ܟܬܒܐ liber ſcriptum, ſcriptura, inſcriptio. Matth. 1, 1. Act. 1, 1. *Pl.* ܟܬܒܐ Matth. 26, 54. 56. Luc. 24, 45.

ܟܬܒܘܢܐ libellus. Apoc. 10, 8. 9. 10.

ܟܬܒܘܬܐ cartilago.

ܟܬܘܒܐ ſcriptor, ſcriba. ܟܬܝܒܘܬܐ ſcriptio.

ܟܬܝܒܬܐ inſcriptio, ſcriptura. Luc. 20, 24. *Pl.* Heb. 5, 12.

ܡܟܬܒܐ ſcriptus, deſcriptus. ܡܟܬܒܢܐ ſcribens, deſcribens.

ܡܟܬܒܢܘܬܐ ſcriptio, deſcriptio. Luc. 2, 2.

ܟܬܘܐ *i. q.* ܐܣܦܪܓܘܣ Aſparagus? *Ar.* كشوث *BB.*

ܟܬܡ cicatrices impreſſit, ſignauit, Jer. 2, 22. *Pah.* ܟܬܡ foedauit, * maculauit, commaculauit. Jac. 3, 6. *Off. Mar.* 244. *Ethpa.* ܐܬܟܬܡ maculatus, denigratus eſt, *i. q. Ar.* كلف, تلطخ, اسود *BB.*

[* Foedandi notio coniecturalis, maculandi certa, de qua ex Hexaplis Jerem. 2, 22 conſtat. כתם Hebraicum LXX ibi *κεκηλίδωσαι maculatus es*, reddiderunt, idque Hexaplorum interpres Syrus ܡܬܟܬܡܬܝܢ vertit. Vide plura in ſupplementis ad lex. Hebr. ſub כתם. Adde ex hoc ipſo loco]

[ܡܟܬܡܐ *maculoſus, maculas habens,* nomen ex particip. Aph. ortum.]

ܟܘܬܡܐ, ܟܘܬܡܬܐ macula, turpitudo. Pſ. 21, 13. *Pl.* ܟܘܬܡ̈ܬܐ *Sev. l. Rit.* 14. 38. *Off. Mar.* 130. Stigmata, Gal. 6, 17.

ܟܬܢܐ linum, linteum, linteamen. Matth. 27, 59. Act. 10, 11. *Pl.* ܟܬ̈ܢܐ Exod. 9, 31. Luc. 24, 12.

ܟܘܬܝܢܐ tunica, induſium. Matth. 5, 40. *Pl.* ܟܘܬܝ̈ܢܬܐ Geneſ. 3, 21. Sindones. Iſa. 3, 22. *cum* ܥܝܢܐ tunica oculi, palpebra, *et absque* ܥܝܢܐ *BB.* ܟܘܬܝܢܬܐ ܕܡܘܚܐ interiora medullae.

ܟܬܦܐ humerus, ſcapula, Gen. 21, 14. *Plur.* ܟܬܦ̈ܬܐ c. 9, 23. Mat. 23, 4. Luc. 15, 5.

[ܟܬܦܐ ܚܕ *humero vno*, i. e. *iunctim.* Continuator chronici Abulpharagii in Aſſem. Bibl. Or. T. III. P. II. p. 116. *Mongoli et Franci* ܟܬܦܐ ܚܕܐ *iunctim erant contra Aegyptios.*]

ܟܬܪ expectauit, manſit, permanſit, perſeuerauit, moratus eſt. Gen. 24, 21. Exod. 14, 13. 24, 14. Joh. 8, 31. Conſtitit, Joſ. 10, 12, 13. *Off. Mar.* 279.

[* At, quid ſignificat, pro Hebraico חושׁה poſitum, Pſ. 22, 20. 40, 13? Reddit ibi Arabs Antiochenus ينظر *reſpicere:* in pſalmo 22 انظر في ضري عني *reſpice miſeriam meam*, inque pſalmo 40 انظر في عوني *reſpice ad auxilium meum.* Visne prima verbi fuit, *ſpectare, reſpicere attente*, atque inde, *exſpectare, morari?* Illam quidem his locis inſpectis vix ei abiudicaueris.]

ܡܟܬܪܢܘܬܐ, ܟܬܪܘܬܐ *videntur idem quod* ܟܘܬܪܐ irae aeſtus, fumus.

ܟܬܫ contendit, certauit, altercatus eſt, percuſſit. 1 Cor. 9, 26. *Ethpe.* ܐܬܟܬܫ luctatus eſt, pugnauit, agonizauit, Exod. 32, 17. contendit, conatus eſt. Jon. 1, 13. Viribus defecit, 1 Reg. 18, 26. Afflictatus eſt, 2 Par. 16, 12. Vicit. *Ethpa.* ܐܬܟܬܫ certauit, decertauit, dimicauit, bellum geſſit, rixatus eſt. Gen. 19, 9. 32, 24. Exod. 1, 10. 1 Reg. 18, 28. Anxius, ſollicitus fuit. Hoſ. 7, 14. Pugnax, contentioſus fuit. Tit. 3, 2.

ܟܬܫܐ perturbator, percuſſor. ܟܬܫܐ perturbatio, percuſſio.

ܟܬܘܫܐ altercans, contendens.

ܟܬܝܫܐ pugnatus, oppugnatus, percuſſus, vexatus. Eccl. 30, 14.

ܟܬܝܫܘܬܐ oppugnatio, vexatio, perturbatio, percuſſio paſſiua. ܟ ܕܝܡܐ agitatio maris, aeſtus marinus.

ܡܟܬܫܐ percuſſio, Job 6, 7. Perturbatio, Eccl. 23, 10. *male* ܡ *habent noſtra.*

ܬܟܬܘܫܐ bellum, digladiatio, certamen, colluctatio. 2 Par. 32, 8. Epheſ. 6, 12. *Pl.* 1 Sam. 25, 28. Tit. 3, 9. *Off. Mar.* 146. 153.

ܡܬܟܬܫܢܐ pugnax, pugnator; duellus. *Nouar.* 221.

ܠ

ܠ *in numeris valet* 30. *et* ܠ̱ 30000.

(ܠܠܠ) *Ethp.* ܐܶܬܠܰܠܠ ſtultus euaſit, fatuus, inſipiens factus eſt. *

[* Exemplum ſignificationis intranſitiuae non reperio, nec tamen eam nego. Tranſitiue pro *infatuando* vel *incitando* ad magnum ſcelus poni video, in vita Ephraemi, Aſſ. B. O. T. I. p. 28. lin. 16. ܐܶܬܠܰܠܠ ܒܶܗ ܣܳܛܳܢܳܐ *infatuauit eum Satanas.* De puellae amore ſermo, quem Satanas indidiſſe dicitur. Suſpicor, verbum ὀνοματοποιητικὸν eſſe, a ſono quem edunt loqui neſcientes, *lal lal*, ductum, vnde et noſtrum lallen.]

ܠܰܠܳܐ ſtultus, fatuus. Matth. 5, 22.* *Gr.* λάλος.

[* Et quidem in vtraque verſione, antiqua et Philoxeniana. Adde Hexapl. Jerem. 5, 21. vbi λαὸς μωρὸς redditur ܥܰܡܳܐ ܠܰܠܳܐ. Bar Ali reddit, الاحمق الاخرس *ſtultus, vecors.*]

ܠܰܠܽܘܬܳܐ ſtultitia, fatuitas. 1Cor. 3, 19.

(ܠܠܐ) ܠܶܠܝܳܐ nox, *vide* ܠܝܠ.

ܠܶܠܺܝܬܳܐ lamia, *iuxta F.* Iſa. 34, 14. *vbi noſtra* ܐܠܺܝܬܳܐ *vide* ܐܠܐ. *v. Off. Mar.* 165.*

[* Bar Ali interpretatur ܫܺܐܕܳܐ ܡܶܬܚܙܝܳܢܳܐ ܐܰܝܟ ܐܢܬܬܐ ܡܨܒܬܬܐ *daemon, adparens vt femina ornata*, (qua de fabula vide Bocharti *Hieroz.* P. II. l. VI. c. 9.) et Arabice الغولة الغول; quod daemonis genus eſt. —— ܠܶܠܝܬܳܐ Jeſ. 34, 14. ſine dubio vitium ſcriptionis aut editionis pro ܠܶܠܺܝܬܳܐ, לילית Hebr. *Lamiam* ex Vulgata ſumſit, non ex Syrorum vſu, Gabriel Sionita.]

ܠܳܐ non, nec, haud, nequaquam. Pſ. 1, 1. *cum adiectiuis eſt aduerbium priua-*

priuatiuum. ܠܐ ܡܣܬܟܠܢ inſipiens. Hoſ. 13, 13. ܠܐ ܡܝܘܬܬܐ immortalis. ܠܐ ܚܫܘܫܐ impaſſibilis. ܠܐ ܡܕܡ nihil. ܠܐ ܐܝܬܐ non ens. * *Interdum et ipſi voci praefigitur, vt* ܠܐ ܐܢܫ nemo, nullus; *quomodo plerumque habet praepoſitum Vau: cum ſubſtantiuis,* absque, ſine. ܒܠܐ Id. *et* ܕܠܐ Gen. 15, 2. ܕܠܐ ܒܢܝܐ absque liberis. ܕܠܐ ܡܣܒܐ Eccl. 32, 23. *cum* ܒ *vt* ܕܠܐ ܒܨܒܝܢܐ inuitus, c. 25, 22. ܕܠܐ ܒܩܢܘܢܐ citra regulam, c. 33, 30. ܕܠܐ ܒܙܒܢܐ extra tempus, c. 51, 39. *Ante verbum* quia non; ܕܠܐ ܐܚܬ quia non demiſerat, Gen. 2, 5.

[* Innumera eiusmodi compoſita faciunt Syri, cum adiectiua, tum ſubſtantiua, vt ܠܐ ܕܟܝܘܬܐ *impuritas*, quibus aliquot paginas hic implet Bar Ali. Non deſcribo, ſemel monuiſſe ſatis habens.]

ܠܐ ܗܘ nonne? Heb. 1, 14. *et absque* ܗܘ Matth. 18, 33.

ܠܐ ܗܘܐ Id. 1 Cor. 10, 16. Jac. 2, 5. *it.* non fuit, non eſt, *et abſolute* non.

ܠܐܝ *i. q. Heb.* לָאָה aegre, moleſte tulit, laborauit, defatigatus eſt. Gen. 19, 11. 41, 49. Exod. 18, 8. Iſa. 40, 28. 30. 31. Joſ. 24, 13. 1 Sam. 27, 1. 2 Sam. 17, 2. 23, 10. Job 3, 16. *Aph.* ܐܠܐܝ laborare fecit, vexauit, defatigauit. c. 16, 7. Eccl. 10, 15. Iſa. 7, 13. 43, 23. Act. 24, 4. ܠܐܐ, ܠܐܝܐ laſſus, fatigatus, defeſſus. Deut. 25, 18. Joh. 4, 6. *Plur.* ܠܐܝܐ, ܠܐܝܐ, ܠܐܝܢ Thren. 4, 6. 5, 5. Matth. 11, 28.

ܠܐܘܬܐ, ܠܐܘܬ labor, fatigatio, moleſtia, opus. Geneſ. 31, 42. Exod. 18, 8. Num. 20, 14. Deut. 28, 33. Job 10, 3. 20, 18. 2 Cor. 6, 5.

(ܠܐܟ) ܡܠܐܟܐ angelus. Angelus *autem ſec. Syr. eſt* ܦܓܪܐ ܦܫܝܛܐ ܘܡܠܠܐ ܣܥܘܪܐ ܕܠܐ ܐܪܓܢܘܢ corpus ſimplex, *et* rationale operans absque organo; *per* ܦܫܝܛܘܬܐ *intelligitur* ܕܦܪܝܫܐ ܡܢ ܐܠܗܐ *eiusmodi ſubſtantia, qua diſtinguitur a Deo, quae non tam pura eſt atque immateriata. Angelorum nouem ſunt ordines, ſec. Officia eorum atque Hierarchias; de quibus fuſe BB.*

ܡܠܐܟܝܐ angelicus. *Off. Mar.* 246.

ܠܒܒ cordatum fecit, animum addidit, conſolatus, hortatus eſt, corroborauit, confirmauit, (audax, animoſus fuit, *BB.*) Job 21, 34. Cant. 4, 9. Sap. 14, 18. 1 Theſ. 5, 14. *Ethpa.* ܐܬܠܒܒ cordatus, confiſus, confortatus eſt, bono fuit animo, animum ſumſit. 1 Sam. 17, 52. Job 11, 12. Matth. 9, 2, 22.

ܠܒܐ *i. q. Heb.* לֵב cor. Deut. 4, 11. *Pl.* ܠܒܐ, ܠܒܘܬܐ Lev. 23, 40. Pſ. 4, 5. Jac. 3, 14. ܠ̈ ܕܐܪܥܐ cor, centrum, medium terrae, profundum. Matth. 12, 40. ܠ̈ ܕܕܩܠܐ medulla palmae. ܠ̈ ܕܝܡܐ profundum maris. *Nov.* 265. ܠ̈ ܕܐܪܙܐ *Alchym.* ſuccus cedri. *BB.*

ܠܒܝܒܐ fidens. Bellicoſus. *Nov.* 220.

[ܠܒܝܒܐܝܬ *animoſe, fortiter.* Chreſtom. p. 31. lin. 15.]

ܠܒܝܒܘܬܐ fidentia, fidueia, generoſitas. 1 Macc. 6, 45. *Off. Mar.* 59.

ܠܒܘܒܐ fiducia, incitatio, confirmatio, promtitudo animi, conſolatio. Iſa. 35, 2. 1 Cor. 14, 3. 2 Cor. 8, 19. *Off. Mar.* 357. 363.

ܠܒܘܒܬܐ *vel* ܠܒܘܒܬܐ lagana, 2 Sam. 13, 5. 6. 8. 9. 10. *poſt.* medullae, Lev. 23, 40. Frixurae maiores. *Nov.* 188.

ܠܒܝ Lebbaeus *apoſtolus.* Matth. 10. 3. *quaſi* cordatus, *vel vt D. Hieronymus,* corculum.

ܠܒܠܒܘܬܐ balbuties, blaeſitas.

ܠܒܟ coniunxit, coagulauit. *Ethpa.* ܐܬܠܒܟ coagulatus eſt.

ܠܒܝܟܘܬܐ damnum, detrimentum.

ܠܒܟܪܐ camus.

ܠܒܛ concitauit, incitauit, inueſtigauit. *

[* Significationis *incitandi, impellendi* exemplum forte dare poſſim, Chreſt. p. 105. lin. 2. *cum ſemper de hoc anno vt ſibi fatali loquere-*

tur

tur Maſrianus, et quotannis latrones illuc venirent, frater eius, ſolicitus, ܫܪܝ ܕܢܠܒܛܝܘܗܝ ܠܡܦܪܝܢܐ ܕܠܐ ܠܡܪܓܐ ܢܫܒܘܩ *coepit incitare* vel *impellere Maſrianum, vt Maragam diſcederet.* Alteram *inueſtigandi*, vnde ſumſerit Caſtellus, quo alio ex lexico, ignoro, nec vſpiam ita me legere memini.]

ܠܒܛܐ incitatio, concitatio, *et* calcitratio. ܠܒܘܛܐ Id.

ܡܠܒܛܢܝܬܐ concitatio, excitatio, (ſolicitatio, *BB.*) Eccl. 26, 32. *

[* Nempe hoc loco rixoſa mulier dicitur eſſe, ܐܝܟ ܩܪܢܐ ܡܠܒܛܢܝܬܐ ܠܩܪܒܐ *vt tuba ad praelium incitans.* Alteram, *calcitrandi* notionem vnde habeat Caſtellus, ignoro; nec tamen eam nego cum Arabibus لبط ſit, *percutere terram pede.* Bar Ali ܠܒܛܐ et, ܡܬܠܒܛܢܘܬܐ interpretatur تلكيز اضطراب تشريط i.e. *impetus, concitatio, decorticatio,* (forte idem quod excoriatio,) aut iterum *impetus.*]

ܠܒܟ tenuit, prehendit, retinuit. Pſ. 70. *t.* Tit. 1, 8. Heb. 6, 19. Apoc. 20, 2. *Ethpe.* ܐܬܠܒܟ contentus, retentus, apprehenſus eſt. *

[* Peculiariter *prehendi* eſt, *in carcerem duci, in vincula coniici,* vt chreſt. p. 39. lin. 11 ܢܬܠܒܟܘܢ *prehendantur Rabbini Tiberienſes, et cogantur* etc.]

ܠܒܘܟܐ apprehenſio, comprehenſio.

ܠܒܝܟܘܬܐ tenacitas, retentio.

ܠܒܟܐ ܕܢܫܡܐ difficultas reſpirandi, aſthma.

ܡܠܒܟܐ anſa, capulus.

ܡܬܠܒܟܢܐ apprehenſor, apprehendens, *vel* apprehenſus, retentus. *Off. Mar.* 189. 224.

[ܠܒܠܪܘܣ *libellus ſupplex.* Chreſt. p. 69.]

(ܠܒܢ) ܠܒܘܢܬܐ thus. Exod. 30, 34. Laſerpitium. *Nov.* 139.

ܠܒܕ

ܠܒܢܢ Libanus Judith 1, 7.

ܠܒܢܬܘܣ linimentum, fucus quo oculos illinunt. *BB.*

ܡܥܪܒܝܐ ܕܠܒܢܢ habitatores Occidentis Judith 1, 7.

ܠܒܢܢܝܐ candidus, candens, ignitus, Libaniticus. Apoc. 1, 15.

ܠܒܢܬܐ later. Gen. 11, 3. Ezech. 4, 1. * *Plur.* ܠܒܢ̈ܐ *ibid.*

[* Significatio indubia, ſed praeter illam videtur et aliam habere, in qua Exod. 24, 10. ܠܒܢܬܐ ܕܣܦܝܠܐ occurrit. *Laterem Sapphiri* quis dixerit? Suſpicor ibi eſſe, vt in Hebraicis, vitrum ſapphiri, e. i. ſapphirum pellucidum: ſed ſcire aueo, nihil ne hic ſani aut probabilis aliqui Syrorum commentarii habeant. Ephraemus me deſtituit, myſtica prodens: laterem de ſeruitute Aegypti, ſapphirum de mari explicans, coeli colorem, volens ab emendis coloribus meretriciis dehortari. Haec quis ferat? quis illis contentus ſit?]

ܐܠܒܘܢܝܐ cibi lubrici, *Nov.* 193. Acetaria. *F.*

ܠܒܢܬܐ lateres, crudi.

ܠܒܢܘܛܝܣ Libanotis, *cuius tria recenſet genera BB; duo, fructum ferunt, tertium, nullum.*

ܠܒܣܬܪ retro *vide* ܒܣܬܪ.

ܠܒܪܛܝܢܘ Libertini. Act. 6, 9. *v. Full Miſc. lib.* 2. *c.* 1.

ܠܒܫ veſtiuit ſe, indutus, ornatus eſt, induit. Lev. 6, 11. *PP.* ܠܒܫ ܒܐܪ̈ܐ indutus puteis (altis machinationibus) Eccl. 11, 34. *Ethp.* ܐܬܠܒܫ indutus, veſtitus eſt. *Aph.* ܐܠܒܫ induit, veſtiuit. Luc. 14, 22. c. 23, 11. Heb. 10, 5. *Ettaph.* ܐܬܬܠܒܫ *i. q. Ethpe.*

ܠܒܝܫܐ armatus, indutus.

ܠܒܫܐ veſtis, pallium, indumentum. Gen. 39, 12. Marc. 10, 5. 13, 16.

ܠܒܘܫܐ Id. Mat. 3, 4. 6, 25. Luc. 12, 23. *Pl.* ܠܒܘ̈ܫܐ c. 7, 25. *

[* ܕܡܪܐ

[* ܠܒܘܫܐ ܕܒܣܪܐ *veſtis carnis*, in libris ſacris Sabiorum eſt, *corpus craſſum humanum*, quod exuiſſe Joannem fingunt, oppoſitum corpori lucis aethereo. Norberg. de relig. Sabaeorum p. 28.]

ܠܒܘܫܬܐ, ܠܒܫܬܐ *i.q.* ܠܒܘܫܐ.

ܠܒܒܬܐ *v. in* ܠܒܒ.

ܠܒܬܪ poſt, retro. *v.* ܒܬܪ.

ܠܓܠܓ balbutiuit.

ܠܓܘܠܓܐ balbuties, haeſitantia linguae.

ܠܓܬܐ peluis, paropſis, catinus. Eccl. 31, 17. Mat. 26, 23. *Pl.* ܠܓܢ̈ܐ 1 Par. 28, 16.

ܠܓܢܝܬܐ paropſis parua.

[ܠܓܛ *collegit, verſatus eſt*, in libris Sabiorum. Norberg. de relig. Sabaeorum p. 26. (lin. 4 a fine) ܟܕ ܠܝܪܕܢܐ ܡܝܐ ܚܝܐ ܠܓܛ vertit, *cum ad Iordanem aquae viuentis verſaretur* (*colligeret*). Sic quidem Norbergius. Mihi in rei ſumma conſentienti, de etymologia ſic videtur, ܠܓܛ proprie eſſe, *humi legere*, vel *colligere*, idem quod Hebr. לקט, inde, *ſortes legere, ſortiri*, porro, *ſorte acceptum habere, poſſidere*, ac denique *habitare*. Nempe habet Bar Ali et nomen ܠܓܛܐ atque ܠܓܝܛܘܢ (diminutiuum) idque explicat, شيء ام الميراث *ſortitio hereditatis*. Sagittis proiectis et collectis ſortiri ſolebant Orientales.]

ܠܓܝܘܢܐ, ܠܓܝܘܢ legio. Marc. 5, 9. *Plur.* ܠܓܝܘܢ̈ܐ, ܠܓܝܘܢ̈ܝܢ Num. 24, 24. Matth. 26, 53.

ܠܓܘܡܐ fraenum, habena. *It.* mandibula, maxilla, mentum. Jud. 15, 19.

ܠܓܡܪ prorſus, *vide* ܓܡܪܐ.

ܠܓܝܢܐ lagena.

ܠܓܝܢܐ *Pl.* ܠܓܝܢܐ cinara.

ܠܓܢܐ laganum, placenta adipe, *vel* oleo condita, placenta butyrata. Num. 6, 19. *Pl.* ܠܓܢܐ Exod. 29, 2. Num. 6, 15.

ܠܘܓܝܩܘܣ *Gr.* λογικὸς, logicus.

ܠܘܓܝܩܝ λογικὴ, Logica.

ܠܓܬܐ jugerum. Eccl. 38, 27.

ܠܓܬܐ *vide* ܠܓܝ.

ܠܓܘܢܬܐ paropſis parua.

ܠܘܕܪܐ venator leonum. Medicamentum vuluae. *Nov.* 144.

ܠܘܕܪܘܬܐ venatio leonum.

ܐܠܕܪܝܛܐ *Nom.* Idoli. *BB.*

(ܠܗܗ) ܐܬܠܗܠܗ demiratus eſt, obſtupuit, horruit, *F.* Adhaeſit, coniunctus fuit. *BB.*

ܠܗܠܗܘܬܐ, ܠܗܠܗܘܬܐ demiratio, ſtupor, ecſtaſis, horror, *F.* Adhaerentia, coniunctio, *BB.*

ܬܠܗܬܐ cancer *morbus.*

ܠܗܬܐ anhelitus, aſthma. *Nov.* 176.

ܠܗܓܐ vapor, exhalatio. 1 Par. 29, 15. Pſ. 39, 6. 7. 12. 94, 11. Jac. 4, 14.* Solis calor, *quo vapores excitantur, vel* ſplendor. Pſ. 19, 7. †

[* Item Pſ. 62, 10. 144, 4. Cohel. 1, 2. Reſpondet Hebraico הבל, atque Jac. 4, 14 Graeco ἀτμίς.]

[† De hoc vapore aeſtuante vide dicenda in ſupplem. lex. Hebr. ſub שרב. Vapores, ſolis ardore accenſi, fluctuare, et vaſti maris ſpeciem referre videntur. Bar Ali, البخار والوهج *vapores et aeſtus.* Pſ.

Pſ. 39, 7 Syrus habet, *homo* ܐܝܟ ܠܗܓܐ ܕܫܡܫܐ *vt vapor ardore ſolis candeſcit*, id vero Arabs Antiochenus (cui eſt Pſalm. 38, 9.) vertit, كالفَيّ يزول, quod verto, *vt pomeridianus aeſtus declinat* vel *recedit.* Aeſtum ſolis intellexit, ſed poſt meridiem decreſcentem ac tandem euaneſcentem.]

ܠܗܓ ܨܦܪܐ crepuſculum matutinum, diluculum.

ܠܗܓܢܢܐ vaporans. *

[* Hoc quid eſt? et vnde ſumtum? Bar Ali habet ريح قاتلة * * الحيّات, quod eſſe videtur, *exhalatio* vel *vapor noxius ſerpentis.* Nempe ſerpentes aliqui noxium exhalant ac ſoporiferum virus, quo temulenti et homines fiunt et animalia atque ab illis capiuntur. Spirare ergo virus Orienti ſerpentes dicuntur; maxime baſiliſci.]

ܠܗܒ flammauit, inflammauit, accendit. *Aph.* ܐܠܗܒ Id. Job 41. 12.

ܠܗܘܒܐ, ܠܗܒܐ flamma, ardor.

ܡܫܠܗܒܢܘܬܐ inflammatio, ardor.

(ܠܗܣ) *Aph.* ܐܠܗܣ inflammauit. *Ethpa.* exarſit ſiti, cupiditate, ardenter concupiuit. *Off. Mar.* 224.

ܠܗܣܐ calor vehemens, ardor.

ܠܗܝܣܐ vehementer cupidus.

ܠܗܝܣܘܬܐ cupiditas vehemens, ardenſue.

ܡܫܠܗܣܢܘܬܐ Id. ardor cupiditatis.

(ܠܗܬ) ܠܗܬܐ anhelitus.

ܠܘ non, neque. *i.q.* ܠܐ *et* ܠܐ ܗܘܐ Pſal. 100, 3. 151. *t.* 3 Eſd. 3, 22. Joh. 1, 13. Numquid? nonne? 3 Eſd. 3, 24. c. 4, 1. 28.

ܠܘܝ vtinam. Iſa. 48, 18. Eccl. 23, 17.

ܠܘܒܝܐ Lybia. Act. 2, 10.

ܠܘܒܝܐ nux, juglans, ſmilax. *BB.* Phaſeolus. *Nov.* 277. *

[* In Chreſtomathia p. 9. ſumtum ex Aſſemani bibliotheca Or. ܥܒܕ ܠܘܒܝܣ cognomen eſt opprobrioſum doctoris Edeſſeni a pueris orthodoxis ei inditum, quod Aſſemanus vertit, *faciens phaſeolos?* Scribendumne, ܠܘܒܝܢ? Et quid eſt, *faciens phaſeolos?* Coniectura ſuccurrit, ſed quam promere nolim, incertum et turpiuſculum. Ipſum textum in aliis exemplis libri conſuli velim; nec explico, ſed interrogo, vt, qui dicterium alibi repererunt, ſuppetias ferre poſſint.]

ܠܘܒܝܐ Lybii. Ezech. 30, 5.

ܠܘܕ Lydia. Iſa. 66, 19.

ܠܘܕܝܐ Lydia *foemina.* Act. 16, 14.

ܠܘܐ, ܠܘܝ adhaeſit, comitatus eſt, deduxit. Gen. 18, 16. Eccl. 11, 18. 3 Eſd. 4, 47. *Pah.* Id. Act. 15, 5. 20, 38. Rom. 15, 24. *Ethpa.* Id. Num. 18, 2. 4. Prov. 19, 17. Iſa. 14, 1. Act. 17, 15. *Aph.* coniunxit, aſſociauit: exequias celebrauit.

ܠܘܝ, ܠܘܝ Levi. Gen. 29, 34.

ܠܘܝܐ ſocius, adhaerens, comes. *Off. Mar.* 481.

ܠܘܝܐ Levita.

ܠܘܝܬܐ comitatus, *ſubſt.* Luc. 2, 44. Act. 19, 29.

ܠܘܘܝܐ ſocietas.

ܠܘܘܬܐ coniunctio, adhaerentia; *conv. c.* ܠܘܝܘܬܐ, ܠܘܝܬܐ.

ܠܘܝܬܐ *id. q.* ܠܘܘܝܐ.

ܠܘܝܬܢ Leviathan, balaena. (ex Job 40, 20.) Diabolus, Sathan. *BB.*

ܠܘܢ *vide* ܠܘ.

ܗܘܘܠܐ, ܗܘܠܐ materia.

ܡܠܘܝܘܬܐ ſocietas, aſſociatio.

ܠܘܬ

ܠܘܙܐ *i. q. Heb.* לוז * Gen. 30, 37. ܒܪ ܠܘܙܐ perfectus iuuentute. *Nouar.* 42.

[* Nempe vel *amygdalae*, vel *nuces;* eſt enim ſignificatio adhuc dubia. Occurrit praeter illa loca, vbi in Hebr. לוז legitur, in Chreſtom. p. 37.]

ܠܘܚܐ tabula. Joh. 19, 19. *Pl.* Prov. 3, 2. Heb. 9, 4. ܠܘܚܐ ܐܬܐ *id. q. Arab.* אלואח אלערי (الواح الغري) * *Nov.* 160.

[* Obſcurius ac breuius excerpſit Caſtellus, forte ipſe non intelligens, quam vt rationem ſingulorum verborum reddere poſſim; ſunt et literae Hebraicae pro aliis poſitae, impedimento. Id tamen mihi videre videor, ܠܘܚܐ nomen proprium geographicum eſſe *Alvahatae*, ſeu *Oaſis*, Arabice الواح, de qua copioſius egi in nota 54 ad Abulfedae Aegyptum. Alvahatae loca culta et tanquam in deſertis feliciores inſulae, ab Occidente Aegypti tres ſunt; infima, templum Jouis Ammonis habens, ad quod Alexander M. acceſſit, media, et ſumma; exilii loca ſub Romanis. Certi quid inueſtigari Romae facile poſſet, ſi quis ZACHARIAE *hiſtoriam eccleſiaſticam* ibi adſeruatum (vide Aſſ. B. Or. T. II. p. 55) euolueret, Neſtorius enim, de quo Zacharias copioſius egit, in *Oaſin* ſeu Alvahatarum aliquam relegatus eſt. Vide, quam dixi, notam ad Abulfedae Aegyptum p. 32.]

ܠܘܚܝܣ *Nom. loci; Ptolomaeo* Αὖσα; *per* ܡܠܛܘܬܐ *exponit BB.*

(ܠܘܛ) ܠܛ maledixit, execratus eſt. Gen. 5, 20. Deut. 27, 12. 15. *Pah.* ܠܛܛ Id. *Ethpe.* ܐܬܠܛܝ maledictus eſt.

ܠܛܝܛ, ܠܛܝܛܐ maledictus, execracilis. Gen. 3, 14. Gal. 3, 10. *Pl.* Joh. 7, 49. Pſ. 17, 22.

ܠܛܛܐ, ܠܛܛܐ maledicens.

ܠܘܛܬܐ maledictio, conuicium, execratio, imprecatio. Rom. 3, 14. Gal. 3, 10. 13. *Pl.* ܠܘܛܬܐ Deut. 27, 10.

ܠܘܛ Lot. Gen. 11, 27.

ܡܠܛܛܢܐ maledicens. *Pl.* Gen. 12, 3.
ܡܬܠܛܛܢܐ maledictus, anathematizatus.

ܠܘܟܝܬܐ lancea lata. *BB.* *Gr.* λόγχη. *Nov.* 223. Joh. 19, 34. *v. de Dieu in loc. Sev. l. Rit.* 109. *It.* Olla. *F.*

ܠܘܠܟܝܬܐ lancea, cuſpis, *vel* aculeus ſagittae; ſagitta. *Pl.* ܠܘܠܟܝ̈ܬܐ Num. 33, 55. Joſ. 23, 23. Pſ. 55, 12. *i.q.* ܠܘܟܝܬܐ. *al.* λαλία, inanis loquacitas, ludibrium, ſubſannatio. *Maſ. in Pec. Sch. etc. v.* ܠܠܐ.

ܠܘܠܪܐ Ephippium. *Pl.* ܠܘܠܪ̈ܐ σκηνοποιοὶ, conficientes tabernacula, *al.* artifices ephippiorum, *et* phalerarum, *vel* textores aulaeorum. *de Dieu.* Act. 18, 3. * *Nov.* 106.

[* Nempe de obſcuro vocabulo diſputauit ad h. l. *Ludovicus de Dieu*, monens, in lexico Arabico-Syriaco verti, الاكاف السروج *ephippia, clitellas*, Syriace circumſcribi ܠܘܠܪ̈ܐ ܡܘܢܐ, ſe quidem neſcire, quid ſit ܡܘܢܐ, at, cum Arabice addatur, السراجين *opifices ephippiorum*, ܡܘܢܐ videri *ephippia.* Recte ille hactenus coniecit: conferre potuiſſet Arabicum هودج *pilentum camelinum:* nec tamen ſimpliciter ephippium intelligi videtur, ſed, vt dixi, pilentum, domuncula ſeu lectica camelo impoſita, in qua mulieres geſtantur, cuius imaginem vide in JOANNIS HELFRICH, ciuis Lipſienſis, *kurzem Bericht von der Reiſe nach Hieruſalem* 1580, ſub 11. Octobris, paginas enim citare non poſſum, quas liber non habet. Arabs Erpenianus Syriacum ܠܘܠܪܐ ſimpliciter vertit, خيميين *tentoriorum factores.* Bar Ali eadem habet, quae Ludovicus de Dieu excerpſit, addens, et ܠܘܪܐ ſcribi, quod deinde ſeparatim interpretatur, السرج ويقول بعضهم اكاف, vbi اكاف *ephippium*, atque a سرج diſtingui videtur,]

ܠܘܦܣܐ monetae ſpecies, denarius, quadrans.

(ܠܘܦܣ)

(ܠܘܣ) ܠܘܣܐ relatio, conſtructio nominis cum nomine. ܟ ܕܪܘܣܡܬܐ liber arcanorum. *B B.*

ܠܘܣܛܐ vterus.

(ܠܘܟ) ܠܳܟ lambit, linxit. 1 Reg. 21, 19. c. 22, 49. *Part.* Jud. 7, 5.

ܠܝܟܐ linctus, *adject.*

ܠܘܟܐ *et* ܠܘܟܐ alga, muſcus * Iſa. 19, 7. *It.* maxilla, mandibula. ܠ̈ ܥܠܝܐ m. ſuperior. ܠ̈ ܬܚܬܝܐ m. inferior.

[* Melius dices, pro Hebraico ערות (*virentia*) poni, quid autem ſpeciatim ſignificet, nondum conſtare, ſed quaerendum eſſe.]

ܡܠܟܠܟܢܘܬܐ linctus, *ſubſtant. vide et* ܠܟܠܟ.

(ܠܘܒ) ܠܒ texuit, coniunxit.

ܠܘܒܐ viriditas parietaria; ſemperuiuum. 1 Reg. 4, 33.

ܠܝܒܘܬܐ textura, coniunctio, *pec.* verborum apta.

ܠܘܩܐ Lucas *Euangeliſta, diſcipulus de ſtemmate Iſraelitico, teſte Moſe Bar Cepha, iam olim orthodoxus medicus, primo corporis,* Col. 4, 14. *deinde animae, Sancti Pauli condiſcipulus, eius Euangelii (vt Sancti Petri Marcus) ſcriptor ſ. amanuenſis, in Alexandria Euangelium graece ſcripſit; ferunt aliqui eum Galeni diſcipulum; alii, ſororis eius fuiſſe filium: Audita autem Domini noſtri fama, ſcil. in Iudaea eſſe virum, qui absque vlla medicinae ope egregias perficeret curationes, ſubdubitabat ipſe et magiſter eius Galenus, rumorem hunc aut non eſſe verum, aut imaginationis tantum opus eſſe; vnde illis in Iudaeam iter ſuum, vt veritatem comperirent, dirigentibus, in via obiit Galenus, Lucas autem ad Dominum aduentans ab eo edoctus eſt, et in numerum 72 diſcipulorum cooptatus, et poſt aliquod tempus in Thebaide, vrbe magna diem clauſit.* BB.

ܠܘܩܝܘܢ Lycaeum.

ܠܘܩܢܝܐ Lycaonia, *Nom. civ.* Act. 14, 6.

ܠܘܫܟܠܐ *vide* ܫܟܠܐ.

[ܠܘܢܪܐ vide paullo ante ſub ܠܝܢܪܐ p.454.]

ܠܘܢܪܣܛܐ lyriſta, *qui lyra vti nouit.* BB.

(ܠܘܫ) ܠܫ depſit, *farinam ſ. paſtam* ſubegit, conſperſit. Sap. 15, 7.

ܠܫܐ, ܠܫܐ maſſa, paſta, farina. Exod. 12, 34. 39.

ܠܫܘܫܐ ſubactor. *Novar.*

ܠܘܬ coniunxit, conſociauit. *Schindl. i.q.* ܠܘܐ *vel pro eo. Aph.* ܐܠܘܬ ordinauit, diſpoſuit. *F. Ethpe Paſſ. ſignif.* 1. *vnde pro* συνάψουσι, Joſ. 17, 10. *Syr. habet* ܢܬܠܘܬܘܢ *Maſ. Pec. addit et.* 1 Reg. 14 *etc. vlt.*

ܠܘܬ ad, apud, verſus.

ܠܘܬ ܦܪܘܫ *Log.* relatio, relata. ܡܠܘܬܢܝܘܬܐ Id.

ܡܠܘܬܬܐ coniunctio. 4 Reg. 10. *Maſ.*

ܡܠܘܬܐܝܬ coniuncte.

(ܠܙܙ) *Aph.* ܐܠܙ laeſit, nocuit. *Inf.* 3 Eſd. 2, 29. ܠܡܠܙܘ *pro* ܠܡܠܙܘܢ. 2) concubuit. *F.* Vinxit, ligauit. *Ethpe. Paſſ. pr. ſignif.* *

[* Speciatim, *defatigatus precibus annuit petenti.* Chreſtom. p.108. ܟܕ ܐܬܠܙ ܡܢ ܐܚܘܗܝ *cum precibus fratris victus eſſet.*]

ܠܙܝܙܘܬܐ *et* ܠܙܝܙܘܬܐ ligatio, compactio, congeſtio, collectio. *BB.* 2) damnum, detrimentum. *F.*

ܠܙܝܙܐ nocuus, noxius.

ܠܙܐ *Pl.* ܠܙ̈ܐ nocumentum.

ܡܠܙܢܘܬܐ damnum, detrimentum.

(ܠܙܝ) ܠܙܝܙܘܬܐ *vide* ܠܙܙ.

(ܠܚܡ)

(ܠܒܫ) ܠܒܫܡ medicamenti genus prope ſepulcreta naſcens. *BB.*

(ܠܙܪ) ܠܙܘܪܕ cyanus. *BB.* *vulgo* Lazuli lapis.

(ܠܚܡ) ܠܚܡ ſapere fecit. *vide* ܠܚܡ.

ܡܠܚܡܠܚܢܐ ferula, narthex. *B B.*

(ܠܚܕ) ܒܠܚܘܕ tantum, ſolum, ſeorſim. *c. Aff. pron.* ſolus. Gen. 43, 32.

ܡܦܠܚܝ ſeparatus, diuiſus.

ܠܚܘܕܝܐ ſolitarius. ܐܢܐ ܠ genus vnicum ſimplex.

ܠܚܘܕܐܝܬ ſolitarie, ſeorſum; ſolum, tantum.

ܠܚܘܕܝܘܬܐ ſolitaria vita; ſingularitas. ܠܚܘܕܝܘܬ ܟܬܒܐ compendioſus liber, Enchiridion. *BB.*

ܠܚܘܕܪ circa.

ܒܠܚܘܕܝܘܬܐ ſolitudo, vnitas.

ܠܚܐ deleuit, diluit, abſterſit. Pſ. 51, 3. 11. Apoc. 7, 17. *cc* ܠ *Off. Mar.* 91.

ܠܚܝܐ deletio, abſterſio.

ܠܚܟ linxit. Pſ. 72, 9. *Gr. Syr.* Mich. 7, 17. Iſa. 49, 23. *Pah.* linxit ſaepe. Luc. 16, 21.

ܠܚܟܐ linctus *ſubſt.*

ܠܫܢܐܡܪܐ lingua agni, helenium. *F. potius* plantago. *Dioſc.* II. 153.

ܡܠܚܟܢܘܬܐ *i. q.* ܠܚܟܐ.

ܠܚܠܚ cauda blanditus, adulatus eſt, *vt canes ſolent,* caudam iactauit.

ܠܚܠܚܢܐ adulator, blandiens.

ܠܚܠܚܢܘܬ, ܠܚܠܚܢܘܬܐ perturbator, tumultuans; *al. Ar.* مسرس, المحرق, التمهلق *B B.*

ܟܡܢ inſidiatus, minatus eſt. *cc* ܠ Marc. 6, 19. *Ethpe. F. et Ethpa.* Id. *cc* ܠ Act. 4, 17. 21. Gen. 27, 42. 1 Pet. 2, 23. *c* ܥܠ Pſ. 58. *tit.*

ܟܡܢ concordauit, conſenſit, conuenit. Aptauit, comparauit, concinnauit. Pſ. 151, 2. *

[* Haec quidem, cum nonnihil ſupereſſe dubitationis, ſiue adeo erroris videatur, conabor exponere paulo diſtinctius. Ergo

1) certum ܟܡܢ atque in Ethpeel ܐܬܟܡܢ eſſe, *minari.* Sic pro ἀπειλεῖν ponitur Act. 4, 17. 21. 1 Petr. 2, 23. hic quidem ab Arabe Erpeniano per تهدد vel تهدّد *minatus eſt,* redditum, quo verbo Arabico et Bar Ali Syriacum expoſuit. Eodem et Geneſ. 27, 42. ܡܬܟܡܢ ܠܟ ܠܡܩܛܠܟ *minatur tibi, te occidere,* referre poſſis, ſed

2) forte ibi potius ſignificat, *iratus fuit, caedem ſpirauit,* vt eſt in Hebraicis מתנחם לך Bar Ali ܟܡܢ ܥܠܝܢ exponit per حنق علينا *ira percitus fuit contra nos,* (quod errore librarii in mſcrpt. Goettingenſi mutatum in خنق *laqueo ſuſpendit ſe propter nos*). Sic acceperim Pſ. 58, 1 ܟܕ ܐܬܟܡܢ ܫܐܘܠ ܥܠ ܟܗܢܐ *cum iratus eſſet Saulus ſacerdotibus, quod non indicaſſent Davidem,* (certe non *minabatur* ſacerdotibus, vt vertit Gabriel, ſed omnes occidit): et Marc. 6, 19. vbi ἐνεῖχεν αὐτῷ *irata erat ipſi* (quo de verbo Graeco vide *Wetſtenium*) vetus verſio reddidit, ܟܡܝܢܐ ܗܘܬ, alioque verbo, nihil ambiguitatis habente, recentior, ܪܓܝܙܐ ܗܘܬ ܠܘܬܗ.

3) Verum ex hoc Marci loco Caſtellus, ἐνέχειν de inſidiis intelligens, ſuum ſumſit, *inſidiari,* cuius nullum aliud exemplum noui. Bar Ali, صبر لنا على الغيظ *diſtulit nobis iram,* non ſtatim vltus eſt; quod quidem per conſequens poſſit et de inſidis poni, nec tamen ideo verbum ipſum eſt inſidiari, ſed *iraſci,* licet non ſtatim vlciſcaris, ſed iram differas.

4) In his, quae iam ſequuntur, *concordauit, — concinnauit,* coniugationes et formae verbi diſtinguendae.

ܟܡܢ per Reboſo, *aptus fuit.* Hinc in participio, chreſt. p. 82.

ܟܡܝ

ܗܘ ܕܠܚܝܡ ܕܢܦܩܘܕ ܠܗܘܢ aptus, vel dignus, *qui illis praeeſſet*, p. 86. *quod iam diu antea* ܠܚܝܡ ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ ܩܬܘܠܝܩܘܣ *dignus erat, fieri Catholicus.* Hinc

in Pael ܠܚܝܡ *aptauit, concinnauit*, quo referendum citatum Pſ. 151, 2. ܨܒ̈ܥܬܝ ܠܚܝ̈ܡܝ ܟܢܪܐ *digiti mei*, ſiue, *aptarunt*, ſiue, *commode pulſarunt citharam*, inque chreſt. p. 117. *hiſtoriam illius temporis* ܠܬܠܬ ܡܢ̈ܘܬ ܠܚܝܡ *in tres diuiſam partes concinnauit?*

Videtur haec quarta ſignificatio cum Arabico لحم *firmauit, ſolide tractauit,* التحم *texuit telam*, origine eadem eſſe: quomodo autem accidat, vt ſub iisdem literis conueniant diuerſiſſimae, *comedendi, inimicitiarum, belli, minandi, ſolidandi, bene compingendi, aptandi,* notiones, non me, ſed lexici vniuerſalis linguarum Orientalium conditorem, conſultum iri a lectoribus putem. Suſpicor, literam ܚ dupliciter adpellatam, Hh et Ch (ح *et* خ), ac duo eſſe verba origine tenus diuerſa.]

ܠܰܚܡܳܐ panis, cibus humanus. Gen. 3, 19. Matth. 4, 3. 4. ܠܚܡܐ ܕܒܘܟܪ̈ܐ panis primitius, *h. e.* e tritico primitio factus. ܠ̈ ܕܚܛ̈ܐ p. triticeus. ܠ̈ ܣܥܪ̈ܐ p. hordeaceus. ܠ̈ ܦܪ̈ܬܢܐ p. furfuroſus, recrementitius, ſecundarius. ܠ̈ ܪܘܡܝܐ p. candidus, primarius: cruſtulum. ܪܗܘܣܡܐ Id. *Nov.* 191. ܠ̈ ܪܟܝܟܐ p. recens. ܠ̈ ܠܘܩܝܢܐ p. de genere tritici diverſiformis. ܠ̈ ܕܦܬܘܪܐ *ſ.* ܐܦ̈ܐ p. facierum, *ſ.* menſae. Exod. 25, 30. Matth. 12, 4. Marc. 2, 26. *h. e. duodecim panes crucis in modum poſiti, trini, trini, ad duodecim menſes indicandos, et rerum viciſſitudines.* BB. ܒܪ ܦܬܘܪܐ ܕܠܚܡܘܬܐ p. commenſalis. Abd. 7.

ܠܚܡܬܐ inciſio, comminatio.

ܠܚܡܬܐ *et* ܠܚܡܬܐ vtilitas. *F. forte pro* ܣܥܪܐ hordeum, *in BB. legebat* ܣܥܪܐ *cum 2 punctis, quod leg.* ܚܘܣܝܐ.

ܠܚܝܡܐ concordans, conſentiens; adhaerens, coniunctus.

ܠܚܡܐ Id. 2) minax, aduerſarius. Marc, 6, 19.

ܠܚܡܘܬܐ comminatio, odium, indignatio. *

[* Dubitari cum poſſe videam, exemplo nullo adlato, adſcribo Bar Alii verba: الحقد، والبغضة، والحرد والتهدد *ira, inimicitia, iracundia, et minae.*]

ܠܚܡܘܬܐ concordia, conſenſus.

ܠܚܡܐܝܬ recte, apte, concinne.

ܠܘܚܡܐ *i. q.* ܠܚܡܘܬܐ Job 15, 11. 23. Prov. 17, 10. Act. 9, 1. *Pl.* c. 4, 29. *i. q.* ܠܚܡܘܬܐ *Nov.* 414.

ܡܠܚܡܢܘܬܐ concinnatio, compactio, coagmentatio; congruentia, conuenientia, harmonia. *Eſt* ܡܠܚܡܢܘܬܐ *inter corpora Superiora et Inferiora, vnde curationes omnes maxime inſignes. Kirch. Oed.* II. 417. 357. II. P. II. 357. P. III. 65.

ܡܠܚܡܢܐ concinnator, coagmentator, conciliator.

ܠܚܫ incantauit. *Pah.* blanditus eſt cauda, vt canes ſolent. *F. id. q.* ܠܚܡܫ *vel pro eo.* Suſurrauit, muſſitauit; incantauit. Eſa 26, 16. Jud. 16, 2. 2 Sam. 12, 19. *Ethpa.* ſubmiſſe muſſitauit. *BB.* *

[* *Muſſitandi* notio cum ex Hebraicis ſumta lexicis videri poſſit, quid Bar Ali hic habeat, (Barbahlulum enim nunquam inſpiciendi opportunitas fuit) enoto. Syriace habet, ܪܛܢܘ i. e. *muſſitarunt*, Arabice, تواطوا وتوامروا *conſenſerunt.* In pſalmo 41, 8. pro Hebraico יתלחשו ponitur: Arabs Antiochenus ibi vertit, تشاوروا علي *conſilium inierunt contra me.* Sic et 2 Sam. 12, 19. Hebraicum מתלחשים Syrus reddidit, ܡܠܚܫܝܢ, hocque Syriacum Arabs يتشاورون *deliberarunt, clanculum colloquuti ſunt.* Aſſem. B. Or. T. I. p. 531. lin. 5 columnae ſecundae, ܘܡܠܚܫ ܠܥܒܕܘܗܝ *in aurem ſeruis ſuis inſuſurrauit, vt negotium clanculum peragerent* &c. Luc. 12, 3. ὃ πρὸς τὸ οὖς ἐλαλήσατε ܘܡܕܡ ܕܒܐܕܢܐ ܠܚܫܬܘܢ. Hic quidem vnicus locus ſuffice-

ſufficeret, ſignificatione, de qua anquiſitum ob Hebraicum verbum eſt, indubiae faciendae.]

ܠܚܘܫܐ incantator, praeſtigiator: *pec.* ſerpentes, ſcorpiones &c. capiendi peritus, eosque ſoluendi, qui a morſibus eorum confodiuntur: *vt* ܐܦܘܕܐ *dicitur*, qui educit feras ac venenoſas creaturas, ejicitue e locis ſuis, recitatis ſuper eas daemonum nominibus. *BB.*

ܠܚܘܫܬܐ ſaga, venefica. 2) ſartago. *F.*

ܠܚܘܫܘܬܐ incantatio, muſſitatio, veneficium.

ܠܚܟܬܐ Lichas, palmus, pugillus. 2) anima ſpiritus. *B B.*

(ܠܛܐ) ܕܩܢܝܐ ܠܛܐ acies arundinis.

ܠܛܡ̈ܐ baccae terebinthi *maiores;* nuces auellanae. Gen. 43, 11. *It.* Theriaca. *BB.* *

[* Item Geneſ. 37, 25. ſed vbi expreſſum eſt ܒܛܡܐ. Habent et Chaldaei his ipſis locis לטם, quod Celsio, Tom. I. *hierobotanici* p. 281. 282 ladanum videbatur.

Ipſa iam adſcribo Bar Ali verba, in vocabulo magnorum etiam philologorum diſſidiis dubio, ad quorum interpretationem ante omnia ſciendum, vulgarem terebinthum nuces minores efferre, piſtaciam maiores, piſtacia dictos (Blakwell, num. 461. 468.) Sic ergo Bar Ali: الكرو او حبّة البطم الكبار اخر البندق ويقال العبل وهو اكبر من حبّ البطم لخر ما كبر من حبّة الخطر اجبلة i.e. quantum ego voces non adcurate deſcriptas, omiſſis aliquoties punctis diacriticis literarum, intelligo: *Caru*, i.e. *bacca* (vel nux) *terebinthi maior*, *altera* (minor) *vocatur Boudok. Dicitur etiam Aabl* (qua voce lexica Arabica carent). *Eſt autem maior terebinthi baccis: aliae non maiores ſunt, quam fructus virgae* ... (credo, reſcribendum خبلة *coryli.*) Nempe vt ex his aliquam ſummam faciam, eſt nomen 1) *coryli* eiusque nucis, ſeu, vt Caſtellus vertit, *auellanae*, quae nomina idem ſignificant; 2) *terebinthi*, et eius *nucis piſtaciae.* Sunt

quidem et terebinthi verae diuerſae ſpecies, varii fructus, ſed has non ſpectare videtur lexicographus, raro hortulanus naturaeue cognitor curioſus.]

ܠܝܛܢܝܐ Litania. *Sever. lib. Rit.* 35.

ܠܛܦ raſit, abraſit, ſcalpſit; *it.* terram cum herbis comedit. *BB.*

ܠܛܦܬܐ ſcabies, pruritus.

ܠܘܛܦܘܪܝܢ radix cyclaminis. *B.B.*

ܠܛܪ cecinit, celebrauit.

ܠܝܛܪܐ *i.q. Ch.* λιτρα, libra, pondo. *Pl.* ܠܝܛܪ̈ܐ 1 Par. 22, 14. Joh. 19, 39.*

[* Chaldaicum male, *libra*, peius etiam, *pondo*, vertit. *Litra* pondus Orientale nondum exploratae quantitatis, non *libra*, nec *pondo* latinorum, licet Joh. 19, 39. librarii verſionem Vulgatam deſcribentes, λίτραν, *litram*, quam ignorabant, prona, vt videbatur, coniectura in *libram* mutarint. Pondera nationum non ita per totum terrarum orbem conueniunt, vt, vbi apud Orientales, exque illis apud Graecos, *litram*, legis, *libram* ſtatim Romanam, vnius literae mutatione, ſumere poſſis.

Quanta ſit *litra* Syriaca, de eo nihil certum habeo: coniicere autem nullo teſte, nullo argumento, de menſuris, mathematum eſt plane expertis, ac prope contemtoris: 2 Par. 22, 14 id modo docet, ponderis aliquod genus eſſe, non quantitatem: *omnes homines qui ambulant ſuper terra, non valerent inuenire* ܡܢܝܢܐ ܘܠܝܛܪܘܗܝ *numerum et pondus eius.* Joh. 19, 39 pro Gr. λίτρα ponitur, de quo ad hunc locum in *hiſtoria reſurrectionis* diſputaui aut dubitaui, vnius rei certus, libram eſſe non poſſe. Centum libras Romanas aromatum ſi ſepulcro Chriſti illatas narraret Joannes (abſurdum prope dictu!), eius etiam fuiſſet, poſt reſurrectionem ex ſepulcro auferre, aut certe in his, quae in ſepulcro corpore vacuo reperta ſunt c. 20, 6. 7. enarrare, niſi interpretum ſuorum ſimilis eſſet. Occurrit et nomen in chronico Edeſſeno ſub anno Graecorum 749. chreſtomath. p. 60. vbi Senator menſam argenteam dicauit, 720 *litrarum*

ܠܝܛܪ̈ܝܢ

(ܐܬܐ ܠܗ ܡܟܝܠܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܠܛܪܐ) ſed vel ex hoc loco de quantitate litrae nihil colligi poteſt. Bar Ali رطل vertit, ſed et hoc nomen ita fluctuans, vt nihil certi habeas. Vide VOLNEY *Voyage de Syrie* T. II. p. 386, aut ſi ipſum itinerarium non habes, excerptum in biblioth. Or. noua T. IV. p. 189.

Incertiores feci lectores, ſed melius eſt, aliquid ignorare, quam in re mathematica turpem errorem committere. Id vnum verſimile, לטר antiquum Phoenicum pondus fuiſſe, vnde et nomen Graecum Siculis maxime vſitatum. Vide Julii Pollucis lex. l. IV. § 173. Meminerimus, Phoenicum et Carthaginienſium diu fuiſſe, vt vel ipſa Siculorum numiſmata, literis Phoeniciis inſignia, oſtendunt Siciliani.]

ܠܘܛܪܐ encomium, paean.

ܠܘܛܪܢܐ *i. q. Ar.* مدح.

ܠܛܫ acuit, poliuit. Deut. 32, 41. Pſ. 7, 13. Iſa. 44, 12. *Ethpe. Paſſ. praeced.*

ܠܛܝܫܐ acutus; linitus. *BB.*

ܠܛܫܬܐ exacutio.

ܠܝܐܐ indecens, inconueniens, indecorus.

ܠܝܒܐ ventus, libs.

ܠܝܒܘܐ Libya.

ܠܝܒܢܐ *i. q. Ar.* مصابيح* *BB.*

[* i. e. *lampades.* Eſtne ex לפיד Graecoque λάμπας vſu diuturno peregrini vocabuli diſtortum?]

ܠܝܓܝܓ ܠܝܓܝܓ cito, velociter.* ܠܝܓܝܓܐܝܬ Id.

[* Sola lexicorum auctoritate nititur, nec hucusque exemplum reperi: ergo Bar Ali ipſa verba adſcribo, وشك وشك, سريع سريع.]

ܠܝܓܪܘܡ *i. q. Ar.* الغرقار (*ſonorus.*) *BB.*

ܠܝܚܢܐ lichen, impetigo. *BB.*

ܠܠܝܐ, ܠܠܝܐ, ܠܝܠܝܐ *Pl.* ܠܠܘܬܐ, ܠܠܘܬܐ, ܠܝܠܘܬܐ c.g. nox. Gen. 7, 4. Tob 8, 11. 12. Matth. 4, 2. *
[ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ *interdiu* et *noctu.* Ephr. T. I. p. 20.]

ܠܡܘܙܐ nux auellana.
ܠܡܘܢܐ quercus maiores. *BB.*
ܠܡܝܢܐ *Gr* λιμὴν, portus; *vide et* ܠܡܢ.
ܠܡܪܓܝܐ, ܠܡܪܓܝܐ λιμαργία, auiditas, gulae vitium, ingluuies. BB.
ܠܡܝܡܘܬܐ propinquitas, *vide* ܠܡܝ.

ܠܐܢܕܝܡ nux Hendem. * *BB. al.* terra granoſa. *vide* ܠܡܣܡ.
[* Haec vtinam Arabicis literis deſcripſiſſet Caſtellus: ſic enim vt ſcripta ſunt, non intelligo, ac ne coniicio quidem, quae *nux Hendem* ſit.
Nihil horum, ſed alia omnia habet Bar Ali, aliud etiam nomen, ܠܡܣܡܐ quod per aeque ignotum Syriacum ܡܣܘܡ explicat, ſed clarius Arabice: نوع من اكليل الملك *ſpecies meliloti.*]

ܠܡܝܐ remus. *i.q. Ch.* אלח.

ܠܡܦܐ redemtio, ſalus; *vide* ܠܦܐ.

ܠܝܬ non eſt, nihil eſt, nihil. *ex* ܠܐ *et* ܐܝܬ Gen. 2, 5. Matth. 15, 32.
ܠܝܬܝܘܬܐ non eſſe rei, negatio rei, annihilatio.

(ܠܟܡ) ܐܬܠܟܡ vafer factus eſt. *v.* ܐܠܟܡ.
ܠܟܡܠܐ *vide* ܠܟܡܠ.

ܠܟܐ huc; *vide* ܟܐ.

ܠܟܡܐ

ܠܟܚ *i. q.* ܠܚܟ linxit, lambit. Pſ. 72, 9. *Pah.* ܠܟܚ Id.
ܠܟܚܐ linctus *ſubſt.* ܡܠܟܚܢܘܬܐ Id.

ܠܟܣܝܣ λέξις, dictio.
ܠܟܣܝܩܘܢ λέξικον, lexicum, dictionarium.*

[* Scribitur et ܠܗܟܣܝܩܘܢ, vt, in Ebed Jeſu catalogo cap. 176. poſito ܗ pro vocali E, (gramm. p. 67.) et cum Olaph protsthetico ܐܠܟܣܝܩܘܢ.]

ܠܟܣܘܣܝܢ lambentes. *BB.*
ܠܟܣܝܪܐ ܕܙܝܘܩܐ *Alchym.* argentum viuum. *BB.*

ܠܟܘܣܛܢܐ perturbator.
ܠܟܘܣܛܢܘܬܐ perturbatio, percuſſio. *BB.*

ܠܟܢܬܐ ſcutella, paropſis. *i. q.* ܠܩܢܬܐ *BB.*

ܠܟܡ *Particula completiua et affirmandi (quae denotat ſententiam, in cuius capite ponitur, non niſi μιμητικῶς in aliorum perſona dicitur. Tremellius.) q. d.* videtur quod ſic, fortaſſis, *opinionem, coniecturam indigitat BB. vt Ar.* يعنى videlicet, nempe. Col. 2, 21. 2 Theſſ. 2, 2. 3 Maccab. 4, 15. *

[* In literis ſacris, bibliisque polyglottis, non niſi his tribus, quantum ſcio, aut inueſtigare Schaafius potuit, locis occurrit. At multo frequentior eſt vocula in ſerioribus iam inde ab Ephraemo ſcriptoribus, vt in hoc ipſo auctore T. I. p. 191 ſtatim ab initio: ܐܦܢ ܗܠܝܢ ܡ̈ܠܐ ܕܝܢ ܠܟܡ ܕܝܢ ܢܕܘܢ *licet haec verba, ſc. iudicando iudicabit Dano patriarchae dicta ſint* &c. p. 346. lin. 22 ܘܒܙܪܥܟ ܠܟܡ ܢܬܒܪܟܘܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡ̈ܐ *ſc. in ſemine tuo benedicentur omnes gentes.* In chreſt. noſtra innumeris ita locis recurrit, vt ne tironibus quidem nota excerpam. Eſt particula citandi, ſiue verba ſiue ſententias, ac, niſi fallor, compendium ſcriptionis pro ܠܡܐܡܪ, Hebraice לֵאמֹר, Rabbinice למימר,

qualia Orientales multa habent, vt mirum ſit, neminem in re manifeſta de compendio ſcriptionis cogitaſſe.]

ܠܡܠܡ balbutiuit, vagiuit.

ܠܡܝܘܢܐ *et abſque Jud*, rationalis, rationator.

ܠܡܐ *vide* ܡܐ.

ܠܡܕ erudiuit, docuit.* *Pah.* Id. 2) diſcipulos fecit. Mat. 28, 19. Act. 14, 20. 18, 25. *Ethpa.* edoctus, diſcipulus factus eſt, diſcipulum ſe praebuit. Luc. 1, 4. Mat. 13, 52. 27, 57.

[* Hoc, de Peal dictum, nullo exemplo probatur, eſtque ex analogia linguae Hebraicae et Chaldaicae falſum, ex qua ܠܡܕ in Peal potius foret, *didicit*. Schaafius, "didicit: *Caſtellus expoſuit, erudiuit,* „*docuit: de Dieu* ܠܡܕ *Benoni reddit, diſcens, in gram. harm. p.* 84. „*Hebr.* לָמַד, *Chald.* לְמַד *didicit.*" Haec ille melius quam Caſtellus, ſed male addidit, ex ſeculi morbo etymologico: „*Hinc per aphaereſin* μαθέω„ — Nec verbum ܠܡܕ didicit, vſpiam in Syriacis legitur, ſed eſt ex aliis linguis Syriacae a lexicographis donatum. Etiam quae de Pael habet Caſtellus, *erudiuit, docuit, diſcipulos fecit,* vertens, atque exempla adiiciens, in erratis ponenda, nuſpiam ܠܡܕ in Syriacis libris hucusque repertum, locaque omnia a Caſtello citata, denominatiuum ܬܠܡܕ habent, de quo infra.]

Equidem potius ܠܡܕ omittendum in lex. Syr. cenſuerim, donec vel vnicum eius ex Syriacis ſcriptoribus exemplum adferatur. Bar Ali verbum ܠܡܕ omnino non habet, interpretesque bibliorum pro Hebr. למד et Graeco μανθάνω ſemper aliud verbum ponunt. Ergo למד, *diſcere*, ſoli linguae Hebraicae relinquendum: nec Syri habent, nec Arabes. Deriuata quod habent, vt ſequens ܬܠܡܝܕܐ *diſcipulus*, Arabicumque تلميذ non mirum; late per vtramque regionem non viguit modo, ſed et proſelytos, תלמידים, diſcipulos fecit, reges adeo, Felicis Petreaeque Arabiae, Syriae, Adiabenes, re-

ligio

ligio Judaica: cum re ergo et vocabulum Judaicum in vtramque linguam receptum, vt alia plura eccleſiaſtica, ipſum ܝܗܘܕܝܘܬܐ. Chriſtiana adeo religio, a Judaeis per Syriam propagata, non potuit non nomen תלמידים *diſcipuli*, late ſpargere, maxime, cum primum nomen, quo Chriſtiani vocari amabant, eſſet *οἱ μαθηταὶ*, in actibus apoſtolicis frequens.]

ܬܠܡܝܕܐ diſcipulus, Mat. 10, 24. *Pl.* v. 1 * *Hi amore conſociati, qſ. vnus* ܢܦܫܐ ܒܡܢܝܢܐ *plures tamen numero: ſcil.* 82. *quorum* 12 *erant pro numero menſium anni et Tribuum; et* 70 *pro numero palmarum*, Exod. 15, 27. *et Seniorum*, c. 24, 1. *et duo pro Eldad et Medad.* BB.

[* Vixdum dixi, nomen eſſe ex Hebraica lingua tralatitium. Suo atque vernaculo vocabulo Syri diſcipulum ܡܢܕܐ vocant, vnde *Mendaei, diſcipuli Ioannis*, dicti, quod nomen vide infra. Nec tamen in Mendaeorum ſeu Sabiorum libris, ܬܠܡܝܕܐ plane ignotum: proprie ſic dictos Joannis, cum adhuc mortalis eſſet, diſcipulos ܬܠܡܝܕܐ vocant, at nomen ſectae ܡܢܕܝܐ ܢܨܘܪܝܐ.]

[ܬܠܡܕ a praecedente nomine ductum, 1) *diſcipulum fecit*, id. quod Arabicum تلمذ Matth. 28, 19. Act. 14, 20. 2) *docuit*, Actor. 18, 25. ܡܬܬܠܡܕ ܗܘܐ ܐܘܪܚܗ ܕܡܪܝܐ *κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου.* Paſſiuum ܐܬܬܠܡܕ iterum, ſiue 1) *diſcipulus fuit*, Matth. 27, 57. ſiue, *diſcipulus factus eſt.* In vita Ephraemi, T. I. Bibl. Or. Aſſemani p. 38 ܘܐܬܬܠܡܕܘ ܠܗ ܣܓܝܐܐ ܘܗܘܘ ܠܗ ܬܠܡܝܕܐ vbi poſterius, *facti ſunt ei diſcipuli*, eſt praecedentis verbi explicatio. Ephraemus T. II. p. 128 Jeremiae illud c. 15, 19 ܢܬܦܢܘܢ ܗܢܘܢ ܠܘܬܟ *conuertentur illi ad te*, explicaturus, *haec*, inquit, *dicta ſunt de Barucho et Habacuco aliisque*, ܕܐܬܬܠܡܕܘ ܠܗ *qui eius* (Jeremiae) *diſcipuli facti ſunt.* Hinc eſt peculiariter *chriſtianum fieri*, quod et ſcriptores eccleſiaſtici de haereticis ponunt ad orthodoxiam redeuntibus, vt chreſt. p. 4. de Diodoro, qui antea Macedonianus fuerat, ܟܕ ܐܬܬܠܡܕ ܕܝܘܕܘܪܘܣ ܠܟܪܣܛܝܢܐ *cum ad Chriſtianos conuerſus eſſet Diodorus.* 2) *doctus*,

 edoctus

edoctus eſt, Matth. 13. 52. Luc. 1, 4. (pro κατήχηϑης.) In verſione priſci foederis nuſpiam legi. In euangeliorum locis, quae citaui, non ſimplex modo, ſed et Philoxeniana habet.]

ܬܘܠܡܕܐ doctrina, diſciplina, diſcipulatus; ſecta, coetus. 1 Tim. 3, 6.

ܠܘܡܕܝܢ morbi, aegritudines, perditio. *BB.* *

[* Hoc quidem ad Arabicum لمد *percuſſit,* referendum, non ad. *didicit,* Hebraeorum, Syris ignotum.]

ܠܡܩܗ appropinquauit. *BB.*

ܠܡܝܩܘܬܐ vicinitas, propinquitas. *BB.*

ܠܡܦܬܐ hepar (penula, *Nov.* 206.)

ܠܘܡܦܬܐ obolus, *id. q.* ܠܘܡܐ.

ܠܝܡܦܬܐ *id. q.* ܦܠܣܐ. *BB.*

ܠܘܡܝܐ ſermo, argumentatio. *BB. puto a Gr.* ὁμιλία. *

[* Nempe ſic Lomad erit ex articulo Arabum pro الوميل.]

[ܠܡܦܘܪ Bar Ali explicat, Syriace, ܒܘܪܐ *triticum,* et Arabice, امتيار الحنطا *commeatus, triticum.* Suſpicor, per Ain ܥܡܒܘܪ ſcribendum eſſe, ac permutatione literarum B et M, frequente Arabibus, ex ܒܘܪܐ in vulgari ſermone ortum. In libris non reperi.]

ܠܡܝܢܐ, ܠܡܐܢܐ *et* ܠܡܝܢܐ portus. Jud. 5, 17. Pſ. 107, 30. Act. 27, 12. 3 Eſd. 5, 55. *Nov.* 266. *Pl.* Act. 27, 8.

ܠܡܢܣܣ *vide* ܡܐ.

ܠܡܢܛܦܣ liquor quidam circa arundinem in mari creſcentem concretus. *Ar.* طباشير *BB.*

ܠܘܡܦܐ, ܐܠܘܡܦܐ Olympa, *nomen mulieris.* Rom. 16, 15.

ܠܡܦܐܕܐ *et* ܠܡܦܕܐ lampas, fax. Gen. 15, 17. Zach. 12, 6. *Pl.* ܠܡܦܐܕܝܢ *et* ܠܡܦܕܝܢ Matth. 25, 1. Joh. 18, 3. Act. 20, 8.

ܠܝܢܘܙܘܣܛܝܣ Linozoſtis, Galeni. *BB.* *Ar.* اللنكد *vide* ܠܝܢ.

ܠܝܢܘܦܪ Ninuſar. *Nov.* 279.

ܠܣܛ furatus, latrocinatus eſt.
ܠܣܛܐ λῃστής. *Pl.* Mat. 21, 13. 27, 38.
ܠܣܛܘܢܐ latrunculus.
ܠܣܛܘܬܐ latrocinium.

[ܠܣܛܝܐ Bar Ali ܨܘܡܐ jeiunium vertit, adſcribens, *νηστεία.* Eſt ſine dubio vitium ſcriptionis pro ܢܣܛܝܐ, de quo vide gram. Syr. p. 6.]

(ܠܣܡ) ܠܣܡܘܬܐ impudentia.

[ܠܣܡܐ *melilotus,* B. A. vide ſupra ſcripta ſub ܡܠܝܠ.]

ܠܣܦܬܐ vterus.

ܠܥ *id. q.* ܠܚܟ lambit, linxit. Jud. 7, 5. 6. 1 Reg. 21, 19. 22, 38. *Item* ſcaturiuit.
ܠܥܐ, ܡܠܥܢܘܬܐ linctus, *ſubſt.* *BB.*

(ܠܥܒ) *Ethp.* ܐܬܠܥܒ ſubſannauit, illuſit. 2) laſciuiuit, liguriuit, guloſus, auidus factus eſt, *cc* ܥܠ 1 Sam. 14, 32. Amos 6, 4. Iſa. 57, 4. Jac. 5, 5.
ܠܥܒܐ auidus, guloſus. *

[* Haec, quae ſequuntur, cum ſine exemplis poſita dubia admodum ſint, adſcribenda putaui, quae in Bar Ali inueni. Hic ergo primo noſtrum ܠܥܒܐ vertit, الشَّرَهُ الرَّغَب *cupiditas, liguritio,* Subſtantiue ergo ille, non adiectiue accepit.]
ܠܥܒܘܬܐ auiditas cibi, liguritio. *

